R. I. 108

Const. 28. Xr.

Zool.
9.
27

B ip.

GODOFREDI DANIELIS HOFFMANNI

ARTIVM LIBERALIVM, PHILOSOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS
SACRI CAESAREI PALATII COMITIS, POTENTISSIMI WVRTEMBERGIAE
DVCIS CONSILIARII, IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS PROFESSORIS ALMAE
EBERHARDINAE PVBLICI ORDINARII, SOCIETATVM LITTERARIARVM
LATINAE ET TEVTONICAE, QVAE IENAE FLORENT, ET SCIEN-
TIARVM ELEGANTIORVM LIPSIENSIS, MEMBRI
HONORARII
EBERHARDINAE h. t. PRO-RECTORIS

OBSERVATIONES
CIRCA
BOMBYCES, SERICVM
ET
MOROS
EX
ANTIQVITATVM, HISTORIARVM, IVRIVMQVE
PENV DEPROMTAE

Von der
Geschichte und dem Recht
der Seidenwürmer, der Seide
und der
Maulbeerbäume.

J. Theoph. Hoeffel. sr.

TVBINGAE
SVMTIBVS ERHARDIANIS.
M. D. CC. L. VII.

I.

CVM nuper admodum, *quinto* nempe & *ſexto*, ſupra *decimum*, proximi menſis SEPTEMBRIS die, candidiſſimis ſemper notando lapillis, lætiſſimas perantiquæ *almæ* EBERHARDINAE muſas, IPSE quam gratioſiſſime viſitaret, confirmaret, immo & erigeret, incitaret, plurimisque docentibus clementiſſimas aures præberet SERENISSIMVS ATQVE POTENTISSIMVS NVTRITIVS NOSTER, PATER PATRIAE INDVLGENTISSIMVS, CAROLVS, animi dotibus, tanto PRINCIPE digniſſimis, vere MAGNVS, non meis tantum, ſed & majoribus, immo ſummis quibuscunque laudibus dudum ſuperior; cui SVPREMVM in cœlis NVMEN neſtoreos annos, ſeros nepotes, fauſtumque & pacatum regimen largiatur: non ſolum mihi, ſed & NOBILISSIMO atque PRAESTANTISSIMO tunc CANDIDATO RESPONDENTI meo, FRIDERICO puta CHRISTOPHORO WAECHTERO,

TERO, *juris utriusque* nunc *Licentiato*, & *ſupremi provocationum Wurtembergicarum tribunalis Advocato*, Viennam mox abiturienti, rariſſima & prorſus ſingularis obtigit felicitas, quod *diſſertationis*, quam vocant, *inauguralis*, cui titulus: SPECIMEN IVRIVM, CIRCA BOMBYCES, MOROS ET SERICVM, quinque priora capita, *commerciis*, præſertim *bombycinis*, dicata, coram *acutiſſimo prudentiſſimo*que illorum moderatore & arbitro, SAPIENTISSIMO inquam PRINCIPE NOSTRO, e ſuggeſtu academico, defendere nobis licuerit. Addidit IS poſtea, quæ tum prelo nondum exierant, & conflictum litterarium die XXV. *Sept.* repetiit. Quo ſatis ſuperque comprobavit, ſe diſputationem illam; in qua ego etiam præter conſilium, & tam librorum, quam adverſariorum meorum copiam, nihil prorſus mihi vindico, proprio marte & ingenio elaboraſſe. Quam ob rem, tot aliis obrutus negotiis, eam, fere immutatam, prelo committere, quam meis interpolationibus, quas vel ſola ſtyli diverſitas facile prodidiſſet, devaſtare malui, potiora eorum, quæ mihi, dum ſub prelo ſudantem perlegerem, vel addenda & *ſupplenda*, vel & *notanda* monendaque videbantur, ſingulari & qualicunque hoc, miſcellaneo certe & extemporaneo, SCHEDIO, ad uberiorem materiæ, ICto digniſſimæ, illuſtrationem, plenioremque ejus pertractationem, publice propoſiturus. Nihil illa laudibus memoratæ, meumque etiam *præſidis* nomen præ ſe ferentis diſſertationis ejusque AVCTORIS, quem diligo & colo, derogabunt. Quis enim a diſputatione idem quod a tractatu & a diſcipulo idem, quod forſan a præceptore & magiſtro ſuo fieri potuiſſet, poſtulabit! Præſertim in arte ſcribendi, exercitium & habitum deſiderante.

II. NOMEN

II.

NOMEN *bombycis* omnes *græcum* putant. Nec adeo male. Vid. ARISTOPHANIS *Scholiastes* in HENR. STEPHANI *Lex. hac voce.* Ego vero illud potius *orientale*, atque cum ipsa re, ex *Oriente* ad *Græcos*, pervenisse, GERARDO VOSSIO, aliisque crediderim. Cum genio linguæ *græcæ* non magis conveniat, quam vel *latinæ*, vel *germanicæ*, e quibus tamen, istud nemo repetet, idiomatibus. Plerique illud porro a *bombo*, sono scilicet rauco, derivant. Proprie namque apes & vespas *bombire*, *bombilare*, vel & *bombitare* dicunt scriptores, sonum edentes, sive murmurantes. Et quidem propter habitum soni, βομ, βομ, *bom*, *bom*, rauci, nec valde acuti, omnibus linguis communi, qualis alias etiam tonitrui tribuitur. Ad instar *plausuum* & adplausuum, quos, ut C. SVETONIVS TR. in *Nerone*, *Cap. XX. num.* 6. *pag.* (*edit. Grævio-Wetsten. Amstel.* 8. 1697.) 226. testatur, *bombos* vocabant Græci. Conf. FRANC. BERNARDINUS FERRARIVS in L. *de veterum acclamationibus & plausu*, I. *Cap. XI. col.* 33. 34. *Tomi VI.* IO. GE. GRAEVII *Thesauri Antiquit. Roman. Venet.* 1732. nec non de HIPPOCRATIS & GALENI *bombis*, IO. PHIL. BVRGGRAVIVS in *Lex. Med. univ.* voce *bombus*, *col.* 1618. Eodem modo raucus cornuum atque tubarum sonus *bombus* dicitur, tam a C. VAL. CATVLLO, qui in *epithalamio Thetidis & Pelei*, ℣. 203. *pag. edit.* VOSS. 184.

Multi raucisonos efflabant cornua bombos.
Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

quam a NERONE, in *bachis* suis, e quibus id in *Satyram I.* ℣. 99. transtulit A. PERSIVS FL.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Adde T. LVCRETIVM CARVM, qui in L. *de rerum natura* IV. ℣. 548.

Aut reboant raucum retro cita cornua bombum.

Sicut igitur *culices*, auctore ARISTOPHANE, in *Comoed. Pluto Act. II. sc.* 5. ℣. 57. *pag. m.* 39. *odioso bombo stridunt hominis tempora circum*, & sicut M. TER. VARRONE, *de*

Re Rust. L. III. Cap. 16. *num.* 32. teste, ex *apibus conjecturam capiebant* veteres, *intus bombum facientibus:* ita *vermes* quoque *sericarii*, quos pariter inde ab eo tempore, ex quo *papiliones* facti sunt, talem sonum (utrum *ore*, an vero potius *alis*, inquirit famigeratissimus BACO & *Baro de* VERULAMIO *in Hist. Nat. Cent. II. sect.* 175. *col. Opp.* 769.) edere constat, hincque, & proprie quidem, *bombyces* dictos fuisse, plurimi tradunt. At, cum *bombus* & *bombitatio* proprie non sit nisi *apum*, ab ipso sono dicta, sicut mugitus boum & hinnitus equorum, vid. S. POMPEIUS FESTUS, *de verb. signif. voce bombitatio*, in DION. GOTHOFREDI *Corp. auctorum L. Lat. col.* 260. nescio, an non præferenda sit ISIDORI, *Hispalensis* quondam *Episcopi*, præclari illius omnium ætymologiarum parentis, conjectura, quando in L. *Originum* sive *ætymologiarum* suarum XII. *Cap. V. de vermibus*, ibid. *col.* 1126. „*bombyx* inquit *vermis frondium*, *ex cujus textura bombycinum conficitur. Appellatur autem hoc nomine ab eo*, *quod evacuetur*, *dum fila generat*, *& aër solus in eo remaneat.*„ Alludit is ad *vasa bombylia*, quæ bibendo exhauriuntur & exhausta nihil præter aërem continent. Nam & *bombyx* nendo exhauritur & exhaustus nihil præter aërem continet. Quid, quod *bombyx*, textili suo nido involutus, etiam formam vasis bombylii referre videtur, cuius nempe collum angustum, venter prominens & turgidus, fundus autem angustus est. Vti hoc simile illi præfert, utrumque tamen non magni æstimat, hincque ISIDORUM sed frustra culpat, qui *Giessæ Hassorum*, *anno* 1665. *de bombyce*, potissimum ex *antiquitatibus*, disseruit IOANNES COLERUS, *Cap. I. pag.* 2. ad VOSSIUM, SALMASIUM & FÜLLERUM provocans. Sed salva res est. Priora illa, sic ab ipsomet ISIDORO, confirmatur potius, quam improbatur, derivatio. In antiquitatibus namque græcis & romanis versatus, novit, quod bombylius, sive vas bombylium, vel speciatim Thericleum Rhodiacum fuerit, ex quo minutatim stillant, vel generatim quodvis vas & poculum angustum, quod cum bibitur, sive inter bibendum, ob colli & foraminis angustiam, strepitum edit & bombum murmurque

facit.

facit. Conf. IVL. CAES. BVLENGERVS, in L. *de Conviviis* IV. *Cap.* 17. in *Tomo XII.* IO. GE. GRAEVII *Thesauri Roman. Antiquit. col.* 829. 830. *litt. B. D. & F.* & SAM. PITISCVS, in *Lex. Antiquit. Rom. hac voce, Tomo I. p.* 280. Id quod, COLERVM non advertisse, miror. Vtrumque igitur & *bombylius* & *bombyx* a *bombo* sive rauco, quem edunt, sono, sive potius murmure suo, sortiuntur, si quidem nominis huius *Indici* ratio reddi potest. Inde porro ipsæ *tibiæ*, præsertim longiores, hincque inflatu difficiliores, *bombyces* vocari, bombycemque rursus, singularem aliquam omnis tibiæ partem, scilicet ligulam, quæ ad os admovetur, das Mundstücklein, esse, ex ARISTOTELE & POLLVCE, magno adparatu docent IOS. SCALIGER, in L. *poët.* I. *Cap.* 20. CL. SALMASIVS ad *Solinum* Polyhistorem, TVRNEBVS in L. *adversar.* XVII. *Cap.* 2. *num.* 20. & CASPAR, THOM. FIL. CASP. NEP. BARTHOLINVS, *de tibiis veterum, & eorum antiquo usu, Amst.* 1679. 12. *L. I. Cap.* 5. *pag.* 64. & *Cap.* 6. *pag.* 80. Quid, quod & calamum tibiarum generi idoneum, sive arundinem, C. PLINIVS S. in L. *Hist. Nat.* XVI. *Cap.* 36. *pag. m.* 278. vocat βομβυκίαν, bombycem.

III.

CVIVS PLINII *majoris* auctoritate omnes fere utuntur atque ad eius *historiam naturalem* (XI. 22. 23. s. 25. & XXIV. 12. *pag. edit. Basil. Froben. de anno* 1554. 194. 195.) tanquam ad asylum quoddam confugiunt, quotquot hac de re scribunt. Ipsemet IO. MATTH. GESNERVS *Pliniana* verba ab eo perpendenda esse scribit, qui judicare velit, sitne sericum hodiernum, illud bombycinum PLINII, sive *Assyrium*, sive *Coum*, in *Thes. L. Lat. Tomo I. pag.* 623. Ad ipsum potius fontem, e quo PLINIVS sua, quæ *vera* habet, hausit, lectores ego quidem ablegassem. Magnum puto ARISTOTELEM, *Stagiritam*, Philosophorum longe principem. En ipsa Eius verba, PLINIANIS simillima, quæ in *Hist. animalium*, L. V. *Cap.* 19. & 24. THEODORO GAZA interprete, *pag. m.* 944. & 951. sic leguntur: „ *Fit ex quodam verme grandiore, qui veluti cornua*

nua gemina protendit. Suique generis est, primum toto immutato, eruca: deinde quæ bombyx appellatur: ex quo necydalus invalidam dixerim. quæ varia formarum successio, in semestri temporis spatio completur. Ex hoc animalis genere bombycia illa mulieres nonnullæ retorquendo in filum deducunt, deinde texunt. Prima texisse in Co insula, Pamphila, Platis filia dicitur. Non nulla ex bombycum genere, nidos in acutum exeuntes & luto quasi illitos, vitri specie affigunt lapidi, aut alicui tali, tam crassos, durosque, ut spiculo perforari vix possint. Pariunt in iis, & vermiculos producunt candidos, membrana obvolutos nigra: seorsumque a membrana ceram in luto faciunt, quæ multo pallidior sit, quam cera apum. „ Qui nunc perpensis hisce PLINIVM legit, is facile pervidebit, eum non nisi ARISTOTELIS vitulo arasse. Quæ enim præter ea addidit, maximam partem falsa sunt atque erronea. Licet subinde etiam cum HOC erraverit. Ita vero ILLE, in locis iamiam allegatis: „*De bombycibus, & bombyli, & necydalo, & quis primus bombycinam vestem invenerit.* Cap. 22. *Quartum inter hæc* (insecta) *genus est bombycum, in Assyria proveniens, majus, quam supradicta. Nidos luto fingunt, salis specie, applicatos lapidi, tanta duritia, ut spiculis perforari vix possint. In iis & ceras largius quam apes faciunt, deinde majorem vermiculum. Et alia horum origo e grandiore vermiculo, gemina protendente sui generis cornua. Eruca fit dein, quæ vocatur bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus bombyx. Telas araneorum modo texunt ad vestem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellantur. Prima eas redordiri, rursusque intexere invenit in Ceo mulier Pamphila Plateæ filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut dénudet fœminas vestis.* (Cap. 22. DE BOMBYCE COA.) *Bombycas & in Co insula nasci tradunt, cupressi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decussum terræ halitu animante. Fieri autem primo papiliones parvos nudosque, mox frigorum impatientia villis inhorrescere, & adversum hyemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radentes foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab his cogi subigique unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Post ea apprehensam corpori involvi nido volubili*

lubili. Tam ab homine tolli, fictilibusque vasis tepore & furfurum esca nutriri: atque ita subnasci sui generis plumas, quibus vestitos ad alia pensa dimitti. Quæ vero cœpta sint lanificia, humore lentescere, mox in fila tenuari junceo fuso. Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam. In tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes. Assyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus." Hæc PLINIVS. De quo tamen postea adhuc quædam alia occurrent.

IV.

CVR vero nihil de *bombace* vel *bambace?* Huius enim natura propius considerata, multo facilior erit veterum auctorum explicatio & conciliatio. Aliud namque est *bombyx*, aliud *bombax* vel *bambax*. Aliud *bombycinum*, aliud *bom-* vel *bam-bacinum*. Bombix est vermiculus, bombax vero, (non illud M. ACC. PLAVTI in *Pseud. Act. I. Sc. II.* ỷ. 131. *pag. edit. Taubm.* 972. vel vere, vel per ironiam, probantis adverbium) sive bambax est lanugo mollior, gossypium, Italis hodie bambagia ac bombazo, Germanis Baumwolle. Huc pertinere credo verba PLINII, in L. XIX. *Cap. I. pag. m.* 343. "*Superior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui gossypion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum. Cujus ex interiore bombYce* (forsan, ut recte coniicit COLERVS, *pag.* 4. bombAce, quod nomen e SVIDA aliisque *ibi* probatur) *lanugo netur. Nec ulla sunt eis candore mollitiave præferenda.*" Conveniunt namque cum IVL. POLLVCIS verbis, quæ in L. VII. *Onomast. Cap.* 17. *segm.* 75. leguntur. "*Nunc* "*vero apud Ægyptios ex arbore Lana quædam fit lana, ex qua* "*vestem confectam lino maxime similem esse, quispiam dixerit, sola* "*densitate excepta.*" Adde PLINII L. XVI. *Cap.* 24. & L. XII. *Cap.* 10. 11. Hæc sine dubio illa *lana de ligno* est, quam Græcos ἐριόξυλον vocare, & quam, lana legata, æque ac leporinam, anserinam & caprinam contineri pronunciavit D. VLPIANVS, in L. XXII. *ad Sabinum*, sive in L. 70. §. 2. *de Le-*

-tis & *fideic.* 3. Adde L. 55. §. 5. *eod.* Forſan hoc quoque -*næ* genus intellexit D. VLPIANVS in L. 23. §. 1. *de auro, argento, mundo*, rel. *legatis*, dum lanea lineaque, con-ſerica autem & bombycina, dis-junxit.

V.

SED & ſaltim diſtinctionis gratia *byſſi* atque *byſſini* mentio facienda. *Byſſus*, non *lanæ*, ſed *lini*, quædam apud *Indos* ſpecies, e terra proveniens, candida, nec vero vel aurea, vel purpurea, ſanctitatis, caſtitatis, continentiæ typus, fortiſſima, pretioſiſſima, mulierum delicium, ex corticibus quibusdam excarminata, de cujus natura atque a ſerico differentia POLLVX, L. VI. *Cap.* 17. STRABO, L XV. *pag.* 1616. ISIDORVS, L. XIX. *Cap.* 27. PLINIVS, L. XIX. *Cap.* 1. *ſ.* 27. L. XIII. *Cap.* 1. PANCIROLVS *de rebus deperd. & inv. pag.* 24. ibique SALMVTHVS, VOSSIVS in *Lex. Ætymol.* CL. SALMASIVS *ad* TERTVLL. *de pallio*, *pag.* 219. OCT. FERRARIVS *de re veſtiaria*, L. XI. *Cap.* 4. *n.* 12. SAM. PITISCVS, in *Lex. Antiq. h. v. Tomo I. pag.* 304. De hoc *byſſino lino* locum EZECHIELIS, quem allegant, *Cap. XXVII. v.* 7. ſuo jam tempore explicavit HIERONYMVS. Nam & *byſſi* mentio fit in *Geneſi, Cap. XLI.* ℣. 42. & in *Lucæ Ev. Cap. XVI.* ℣. 19. ubi purpuræ adjungitur, & byſſus in Iudæa nata, optima atque celeberrima fuit. PAVSANIA teſte L. V. *in Eliac. Cap. V. pag.* 385. Conf. BOCHARTI *Geogr. ſacra*, L. III. *Cap.* 4. Quid vero byſſinum opus in L. *ult.* §. 7. *de publicanis* fuerit, non minus pro certo affirmarim, quam quod *vaſa* Romani habuerint *byſſina*, PAVLLO ICTO in L. *Rec. ſent.* III. 6. 67. *pag.* 371. memorata. Forſan ibi legenda ſunt vaſa buxina, quod CORN. *van* BYNCKERSHOECK, & ANT. SCHVLTINGIVS, *all. l.* nec non IO. GOTTL. HEINECCIVS ad BRISSONIVM volunt, *pag.* 141. vel potius, cum *buxinorum* vaſorum nulla in legibus mentio fiat, *murrina*, ab ipſomet PAVLLO, in L. 3. §. *ult. de ſuppellect. legata*, ut tam IAVOLENVM, in L. 11. *eod.* quam VLPIANVM, in L. 3. §. 4.

eod.

eod. taceam, celebrata; de quibus occasione *porcelanæ Misnicæ* tantopere meritus est, quem PRORECTOREM suum, die mensis *Sept.* 3. defunctum lugent musæ Lipsienses, *Cel.* IO. FERD. CHRISTIVS, in *Diss.* eruditiss. *de murrinis veterum*, *Lips.* 1743.

VI.

INTER hæc tria, *bombycina* (III.) puto, *bambacina* (IV.) & *byssina*, (V.) non nisi BOMBYCINA illa, vere SERICA, taliaque texta fuerunt, quæ Germani hodie Seyden vocamus, non nisi vermium sericariorum, sive bombycum, derer Seydenwürmer, labores, perque hos, mororum, sive arborum mori foliorum, fructus. Adeo, ut sint, qui ne quidem veterum auctoribus toties memoratum *sericum*, pro bombycino & vero texto sericario, ut ita dicam, sed pro quovis potius alio lanificii, molliorisque lanugenis genere, habeant. Ita celebris ille FERDINANDVS WILHELMVS BEER in dem Versuch einer Erläuterung der von dem Herodotus und Plinius gegebenen Beschreibung des alten Scytiens und einiger von ihnen angeführten Scythischen Wörter und Gebräuche, und dessen III. Abschnitt, oder der Erläuterung der Scythischen Landbeschreibung des Plinius, §. 138. pag. 84. des *III.* Theils der Samlung von Erleuterungsschriften und Zusätzen zur algemeinen Welthistorie, (Halle 4. 1750.) non solum negat, veteres SERES, licet quandoque *ultimi gentium* adpellitentur, hodiernos SINENSES esse, & licet hodienum magna serici copia e CHINA in Europam & Occidentem perveniat, verum etiam exserte diffitetur, C. PLINII *sericum*, nostrum *bombycinum* sive Seidenzeug esse. Merentur verba EIVS, hic quoque legi tota. „Was die Seres betrift, so werden sie von einigen römischen „Schriftstellern ultimi gentium genennet. Nur dürfen wir die„se Redensart nicht nach unserm Zustande der Erdbeschreibung aus„legen, sonst müsten es vielleicht eher die Japoneser oder die Einwo„ner von Kamschatka seyn, als die Sinesen. Wil man den Be„weis von der grossen Menge Seide hernemen, die aus Sina ge-

 „holet

„holet wird, und von den Seribus vor Zeiten Sericum genennet „worden sey; so antworte ich: daß, ohne die übrige Schwäche „dieses Schlusses zu berüren, Sericum nichts wenigers als Sei„denzeug bedeute, wenigstens zu den Zeiten des Plinius nicht, „als welcher eine ganz andere Beschreibung davon giebt. Ich wil „die Stelle hersetzen, B. 6. c. 17: Seres lanitio sylvarum no„biles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem. Hier „wird Baumwolle, in algemeinem Verstande dieses Worts, so „deutlich angezeiget, als man wünschen könte. Ferner: Unde „geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursum„que texendi, tam multiplici opere, tam longinquo orbe peti„tur. Die Baumwolle wurde demnach nach Rom gebracht, da„selbst gesponnen, und auf allerley Weise verarbeitet, ut matro„na transluceat in publico. Wie dieses von einem Seidenzeuge „könne verstanden werden, das sehe ich nicht; denn der allerfeinste „Taffend lässet keine Haut durchschimmern, wol aber der Mous„selin, und gegen diesen Uebelstand eifert Plinius. In den fol„genden Zeiten, als die Saracenen den Meister im Orient spiele„ten, zog sich die indische Handlung nach Mossul, dahin kam „also auch die Baumwolle und die daraus verfertigten feine Zeu„ge, und man brachte sie mit den Caravanen von da in die See„plätze und nach Europa; und wie man sie vorher von dem Lan„de, da sie die europäischen Kaufleute abholten, Sericum nan„te, so nante man sie nach der neuen Niederlage Zeuge von Mos„sul. Plinius redet auch von Seidenzeugen B. 11. c. 22. 23. er „nennet sie aber vestes bombycinas, beschreibet die Verwandlun„gen der Seidenraupe, und saget, man fände dergleichen in der „Insel Cous und in Assyrien, im geringsten nicht bey den „Serern.„

VII.

QVAE, licet non sine magna veri specie scripta fuerint, me tamen, ut vel reale quoddam & geneticum, inter *serica* & *bombycina* discrimen, vel sericum veterum, non tam *bombycinum*, quam potius *bombacinum*, non tam Seyden, quam potius Baumwollen, & quidem singulatim ejus texti bomba-

cini

cini speciem, quæ hodie Mussselin dicitur, fuisse, statuam, neutiquam permovent. Seribus enim, id quod necessario hic obmovendum, tam bombycini, quam bombacini, texti genus, sicque utrumque illud simul, cognitum, usitatum atque vendibile esse potuit. Cum unum alterum haud tollat, vel excludat. Et hodienum Baumwolle & Musselin ex eis quoque in Europam exportentur Asiæ regionibus, e quibus etiam veri nominis sericum ad nos asportatur. Deinde nobis hodie non amplius constat ratio & modus, quo sericum bombycinum olim factum, textum, paratumque fuit. Forsan illud olim nondum adeo densum solidumque fuit, ac illud hodie quidem, copiosioribus propiusque invicem junctis filis, texitur. Quo magis enim minusve trama stamini connectitur, fila, vel densius, vel rarius spissantur, & magis minusve corpora per ea adparent vel transparent. Id quod per vestes densiores, multum ictas & bene textoris pectine percussas fieri nequit. Forsan igitur, vel serici & bombycini, vel utriusque differentia, non nisi a ratione texendi, & majori forsan minorive pretio petenda fuit. Verum id, quod præcipuum BEERII argumentum est, *bombacinum* quidem, der Musselin, nullum vero *bombycinum* ita pellucidum esse, ut *matrona*, eo vestita, *in publico*, trans illud lucere, vel saltim a PLINIO in *L. VI. Cap.* 17. *pag.* mihi 86. ubi: „*Primi sunt hominum, qui noscantur, seres, lanicio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium caniciem: unde geminus feminis nostris labor, redordiendi fila, rursumque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat*„ *translucere* dici potuerit, si vel maxime concedatur; licet *utrumque* variæ, majoris & minoris, hodienum sit densitatis & pelluciditatis, vel ideo tamen nihil plane probat, quia veteres Romani, idem hoc, quod PLINIUS ceu bonis moribus, pudicitiæ & castitati matronali perquam adversum, in serico, vestibusque sericis, reprehendit, si non magis, æque certe tamen de bombycino & vestibus bombycinis dixerint & conquesti fuerint. Generatim namque vestes *bombycinæ*, non minus, quam *sericæ* vestes Græcis & Ro-

 manis

manis erant *tenuissimæ* & *levissimæ*, ex bombyce concinnatæ. Propriæ ab initio *feminis*, earumque luxui. Simillimæ *araneorum* telis. Lucidæ & *lucentes*. Pellucidæ & *translucentes*. Accipe nunc *selectiora* quædam hanc in rem *testimonia*.

VIII.

IPSVM primo ſtatim loco audiamus PLINIVM de *bombycibus L. XI. Cap.* 22. *pag. m.* 194. generatim ſcribentem, *eos telas araneorum modo texere ad veſtem luxumque feminarum, quæ bombycina appellantur. Cap.* 23. *pag.* 195. Idem ille non ſolum fila tenuari junceo fuſo, verum etiam viros has veſtes Coas levitatem propter æſtivam uſurpare dicit. *Quæ vero cœpta ſint*, ſcribit ibi, *lanificia, humore lenteſcere, mox in fila tenuari junceo fuſo. Nec puduit has veſtes uſurpare etiam viros, levitatem propter æſtivam. In tantum a lorica gerenda diſceſſere mores, ut oneri ſint etiam veſtes. Aſſyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.* Idem prorſus SERVIVS *Maurus Honoratus*, VIRGILII in ſæculo quinto *Scholiaſtes*, ad L. GEORG. II. ℣. 121. de bombycibus perhibet, quod nempe *araneorum more tenuiſſima deducant fila.* Imo *bombyces*, ſubtilitate texendi, araneos adhuc ſuperare, jam ineunte primo poſt natum Chriſtum ſæculo obſervavit DIONYSIVS, Poëta heroicus & Geographus accuratiſſimus, dum in carmine ſuo, a quo nomen *Periegetæ* accepit, ℣. 757. de *bombycibus* cecinit. „Hæ ſuperant tenues, quas texit aranea telas.„ Vt IVLIVM POLLVCEM, ut CLEMENTEM ALEXANDRINVM, ut TERTVLLIANVM aliosque taceam, quos hanc in rem cumulavit laudatus ſupra IOANNES COLERVS, *Cap. IV.* in quo ſimilitudinem bombycum & araneorum docuit, *pag.* 13. 14. M. VAL. MARTIALEM tamen, quin adducam, in *L. VIII. Epigr.* 33. ℣. 15. 16. *pag.* (*edit.* SCHREVEL. HACK. *Lugd.* 8. 1661.) 145. ſic canentem:

Nec vaga tam tenui diſcurſat aranea tela:
Tam leve nec bombyx pendulus urget opus:

tem-

temperare mihi nequeo. Hinc lucem capit ISIDORI supra (*pag.* 6.) allata phrasis, *araneo* æque ac *bombyci* communis, *filum per aëra liquare.*

VIIII.

ALTERVM PLINII *bombycinum*, est *Coum*, alterum vero *Assyrium.* Iam vero vestes ex bombyce, vel bombycino *Coo*, in insula *Cous*, a muliere *Coa*, confectæ, hincque *Coæ* dictæ, non minus, quam omnes aliæ sericæ, *pellucidæ* erant, *feminas denudare*, harumque corpora *per* sive *trans* illas *lucere* dicebantur. Ita Q. HORATIVS FLACCVS jam AVGVSTI temporibus: *L. I. Serm. I.* scripsit:

Altera nil obstat *Cois* tibi, pæne videre est
Vt nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi,
Metiri possis oculo latus.

In quem locum HELENIVS ACRON, vetus ille *Grammaticus* & HORATII *Scholiastes* hæc glossatur: „*perlucida utitur veste, ut ita nuda conspici possit. Hæc enim vestis in Co insula conficitur, per cujus nimiam subtilitatem, quæ sunt interiora, translucent.* Iam antea ALBIVS TIBVLLVS, vestes *Coas*, vestes *tenues* vocavit. Quando in *L. II. El.* 6. ℣. 35. ita cecinit:

Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa
Texuit, auratas, disposuitque vias.

Itemque *L. II. El.* 4. ℣. 27. *sq.*

Opereat quicunque legit, viridesque smaragdos,
Et niveam Tyrio murice tingit ovem.
Hic dat avaritiæ caussas, & Coa puellis
Vestis, & e longo lucida signa mari.

Sive:

Hic dat avaritiæ stimulos, hinc Coa puellis
Vestis, & a rubro lucida concha mari.

Idem vult, qui Coæ vestis (impudicæ) & texturæ sæpius meminit S. AVR. PROPERTIVS in *L. I. El.* 2. ℣. 2.

Quid juvat ornato procedere vitta capillo?
Aut tenues Coa veste movere sinus;

item-

itemque in *L. II. El.* 1.

Sive togis illam fulgentem incedere Cois,
Hoc totum e Coa veste volumen erit.

Huc adludit P. OVIDIVS NASO in *L. Amorum II.* ℣. 298.

Sive erit in Cois, Coa decere puta.

Adeo, ut quoties *pellucidam* vestem, sive pellucentem *togam* legimus, semper de *serica* & *bombycina*, singulatim *bombycina* PLINII *Coa*, utrique sexui jam tum communi, veste nobis cogitandum sit. *Velis*, non *togis* amictos, tales pellucidas vestes gerentes, jam M. TVLLIVS CICERO adpellavit, & VARRO apud NONNIVM, togas ejusmodi *vitreas* dixit. Conf. OCTAVIVS FERRARIVS in *L. de re vestiaria I. Cap.* 10. in *Vol. Thesauri Antiquitatum Romanarum* IO. GE. GRAEVII VI. *col.* 658. Adde FABRI *Semestria L. I. Cap.* 16. *pag.* 92. & longe Cel. GESNERI *Tomum I. col.* 822. & 1238. voce *Cea* & *Cous*.

X.

EANDEM pelluciditatem sive διαφάνειαν, de altero quoque & *Assyrio* quidem PLINII *bombycino* probari potest, luculentis sane veterum scriptorum testimoniis. Non tam IVN. IVVENALIS, vel in *Sat. VI.* ℣. 258. ubi:

Hæc sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias, & panniculus bombycinus urit,

illas delicatulas, quæ in circulari rotunda veste, ex tenuissimo filo facta, tamen sudant, & quas etiam tenuissimus ille pannus *bombycinus* pondere suo gravat uritque, vel in *Sat. II.* ℣. 48. pellucentes, sive potius seminudos illos, vid. FERRARIVS, *col.* 657. 658. false ridentis, quam potius tum S. AVR. PROPERTII, qui in *L. II. El.* 3. ℣. 25. diserte:

Nec si qua Arrabio lucet bombyce puella,
Non sum de nihilo blandus amator ego,

tum inprimis etiam M. VALERII MARTIALIS, qui in *L. VIII. Epigr.* ad ENTELLVM, LXVIII. *pag.* mihi 467.

Condita perspicua vivit vindemia gemma,
Et tegitur felix, nec tamen uva latet.

Fœmi-

Fœmineum lucet sic per bombycina corpus:
Calculus in nitida sic numeratur aqua.

Qui etiam alibi bombycinorum sive vestium *bombycinarum* muliebrium, quas PLINIVS *Assyrias* dixit, meminit. Quando e. g. in *L. XI. Ep. L. v. 5. pag.* 633. queritur

Nunc furtiva lucri fieri bombycina possunt

& in *L. XIV. Ep. XXIV. pag.* 747. scribit:

Tenuia ne madidi violent bombycina crines:
Figat acus tortas, sustineatque comas.

Hosce vero testes omnes rursus, fide, quam hic contra interpretes suos, ambitiososque subinde commentatores, nobis facere poterit, facile superat ipsemet PLINIVS. Quando in *L. XI. Cap.* 22. *pag. m.* 194. de vestibus *bombycinis* (non *sericis*, de quibus alio loco jam egerat, in *L.* scilicet *VI. Cap.* 17. *pag.* 86.) ex illo, quod in *Assyria* & *Ceo*, proveniat, bombycum genere conditis, luxui feminarum inservientibus tradit, eas, in Ceo, sive Coo, a muliere Pamphila, Plateæ filia, inventas fuisse, „*non fraudanda, gloria excogitatæ ratio-* „*nis, ut denudet fœminas vestis.*„ Nonne τὸ *feminas*, quas vestire deberent, *denudare*, quod PLINIVS hoc loco de vestibus bombycinis ex bombyce in Coa insula confectis, dixit, prorsus idem illud est, quod altero loco de vestibus e Serum lanificio Romæ textis, sicque tam longinquo orbe petitis, & tam multiplici opere paratis, perhibuit, quod *matrona in publico* (per illas) *transluceat*. Ideo translucebant matronæ, quia vestis eas quasi denudabat. Et ideo vestis eas denudare dicebatur, quod per eam translucerent corpora matronarum. In quas ideo sic invehitur L. ANNAEVS SENECA, M. *Fil.* Philosophus in *L. de benef. VII. Cap.* 9. *pag. edit. Jansson. Amstæl.* 8. 1619. *Tomo I. pag.* 180. 181. „*Video sericas vestes, si vestes vo-* „*candæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut deni-* „*que pudor possit: quibus sumptis, mulier parum liquido nudam se* „*non esse, jurabit. Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad com-* „*mercium gentibus* (Seribus) *accersuntur, ut matronæ nostræ, ne* „*adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant.*„

Adde *Epistolam* ejus XC. *pag.* 529. ubi: „ *posse nos vestitos esse sine commercio Serum*,„ rel. & *pag.* 530. „ *Ecce Posidonius, ut mea fert opinio, unus ex iis, qui plurimum philosophiæ contulerunt, dum vult describere primum, quem ad modum alia torqueantur fila, alia ex molli solutoque ducantur: deinde quem ad modum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quem ad modum subtemen insertum, quod duritiam utrumque comprimentis tramæ remolliat, spata coire cogantur & jungi: textricum quoque artem a sapientibus dixit inventam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, in quo*

Tela jugo juncta est, stamen secernit arundo.
Inseritur medium radiis subtemen acutis,
Quod late feriunt infecti pectine dentes.

(OVID. *metaph. L. VI.*) *Quidsi contigisset illi videre has nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est.*„ Idem SENECA *Cap. XVI. pag.* 142. *Tomo Opp. II.* sic consolatur HELVIAM, matrem: „ *Non faciem lenociniis ac coloribus polluisti: nunquam tibi placuit vestis, quæ nihil amplius quam nudam componeret. Unicum tibi ornamentum, pulcherrima, & nulli obnoxia ætati forma: maximum decus, visa est pudicitia.* „ Adde *Controv. VII. L. II. pag.* 71. „ *Infelices ancillarum greges laborant, ut adultera tenui veste perspicua sit: & nihil in corpore uxoris suæ plus maritus, quam quilibet alienus peregrinusque agnoverit.* „ Cæterum vestes hæ pellucidæ, sive lucentes, *col*lucentes, *trans*lucentes, fulgidæ & fulgentes in antiquitate magis *fœminis*, quam *viris* tribuuntur & exprobrantur. Nisi quod de *Tarentinis* scripserit CLEARCHVS: „ *Portabant vestes clavatas pellucidas, quibus mulieres delicatæ nunc utuntur*„ apud ALB. RVBENIVM in *L. de re vestiaria I. Cap. X.* in *Vol. Thesauri* GRAEVIANI VI. & de *juvenibus Romanis* memoriæ prodiderit DIODORVS SICVLVS in *Excerptis* L. XXXVI. a H. VALESIO editis: „ *quod in foro vestes gestaverint ex mollissima lana, teuues ac pellucidas, prorsusque muliebribus stolis persimiles.*„

XI.

XI.

NON ſolum itaque, quod me hactenus ſatis ſuperque probaſſe confido, *bombycinum* æque ac *ſericum*, pellucidum fuit, verum *hoc*, ſericum, *illo*, bombycino, multo minus adhuc pellicidum & translucens fuiſſe hinc porro abunde patet, quod *ſericis*, non vero *bombycinis*, ad arcendam ſolis moleſtiam, in theatro uſus fuerit *cortinis* C. IVLIVS CAESAR, qui DIONE CASSIO in L. XLIII. *pag.* 256. teſte, „*ne quis ſpectantium a ſole moleſtaretur ſericas cortinas*, *ut quidam autores ſunt*, *ſuper eos extendit.*„ Sunt quidem, qui huncce DIONIS locum, non niſi de texto ſub- vel ſemi-ſerico, cujus ſc. *ſtamen* ex lino, *ſubtemen* autem ex ſerico fuerit, explicant, cum AELIVS SPARTIANVS, hiſtoriæ auguſtæ, ſæculo tertio exeunte ſcriptor, primum Romanorum dixerit HELIOGABALVM, qui ſericam, id eſt, holoſericam, cum ante ſubſerica modo in uſu fuerit, veſtem induerit. Sed illi non perpendunt ſequentia proxime DIONIS verba „*ſericum*, *quo theatrum Cæſar velavit*, *fuit texturæ barbaricæ luxuriæ ad ſupervacuum luxum Romanarum mulierum advecta.*„ Quid quod IDEM hic DIO de CALIGVLA tradiderit, eum „*chlamydem ſericam purpurei coloris induiſſe*, *& ut plurimum in ſerico veſtitu*, *aut triumphali ornatu in publico verſatum fuiſſe.*„ Novo ſic argumento, communi puta utriusque pelluciditate, probari poteſt, unum re vera idemque fuiſſe, veterum *ſericum* & *bombycinum*, in eo ſaltem diſſentientium, quod ſericum alii, quos inter recentiores IVSTVS potiſſimum LIPSIVS ſecutus eſt, arborum lanuginem, ſive aqua mollitam canitiem, ab Indis ex arboribus depectam, alii vero vermium & bombycum opus atque filamentum fuiſſe crediderint.

XII.

QVAMVIS, ut verum fatear, nec quidquam diſſimulare videar, ipſe, quem ſupra aliquoties laudavi, præclarus ille rei veterum veſtiariæ ſcriptor, OCTAVIVS FERRARIVS, *L. I. Cap.* 19. & 20. *col.* 656. & 657. *Vol.* Theſauri GRAEVIANI III.

 nihilo-

nihilominus utrumque, & *bombycinum*, tam *Coum*, quam *Assyrium*, si modo diversa hæc fuerunt, & *sericum Indicum*, pellucidum, translucens, fœminasque denudans, hocque ipsum ut transluceat corpusque nudet, bombycino, serico & subserico commune vel potius intuitu lanæ & bambacis si forsan a tenuissima, subtilissima & rarissime texta discesseris, proprium dixerit, licet ex eorum numero sit, qui PLINIUM veluti defensuri, sericum, bombycinumque, diversa textorum genera fuisse perhibent. Cum tamen certo certius sit, *utrumque* illud, tam sericum, quam bombycinum, non nisi quorundam vermiculorum sive BOMBYCUM, ad quos nunc tandem velut e diverticulo, in quo nimis diu forsan substiti, redeundum mihi est, labor & opus fuerit, nec ullum veri nominis sericum vel bombycinum Seyden detur, quod arbores, sine vermiculis & bombycibus producerent. Quam ob rem nulla alia, sericum inter & bombycinum concedi potest differentia, quam quæ forsan vel a loco & solo natali, vel a modo & ratione illud parandi texendive, sive a majori minorive ejus præstantia, varioque hinc pretio, provenisset. Forsan sericum, stricte sic dictum, ab Indis, sive primis & ultimis hominum, quos Europæa antiquitas novit, ad Græcos & Romanos advectum, bombycino, generatim sic dicto, illoque sæpius occurrente, nobilius, præstantiusque, hincque etiam, tamquam bombycinum optimum, stricte loquendo, & κατ' ἐξοχὴν sericum dictum fuit. Sicut enim bombycinum, vel solo PLINIO auctore, aliud *Coum*, aliud vero *Assyrium*, & hoc quidem illo pretiosius multo, fœminisque præ viris proprium fuit; ita hoc ipsum forsan bombycinum PLINII *Assyrium*, quo tum viri nondum utebantur, idem illud sericum PLINII *Indicum* fuit, quod pariter non nisi fœminarum, uti labori, ita & luxui, inserviebat. Nec obstat, quod is sericum *lanificii* genus dixerit. Per synecdochen namque, tam lanæ, quam *serici* & *bombycini* vox, ad omnem tenuiorem mollioremque lanuginem materiamve, unde vestes texerentur, ipsum adeo *gossypium* (IV.) extensa fuit.

XIII.

GENERATIM præterea, nec dicere, nec mirari, ſatis poſſum, quod veteres ſcriptores omnes, Græci & Romani, ne ipſo quidem ARISTOTELE, multo minus C. PLINIO S. *Veronenſi* excepto, in magna licet, qua Græcos & Romanos nihilominus gaviſos fuiſſe conſtat, ſerici & bombycini copia, veram tamen illius originem, indolem, fabricam ſicque etiam *bombycem* ipſum, vermem illum ſericarium, den Seydenwurm, ejus naturam, ſtructuram, nutritionem & laborem, vel plane ignoraverint, vel, quæ de eo tradiderunt, memoriæque poſterorum in ſcriptis ſuis reliquerunt, tot erroribus, fabulisque maculaverint, ut jamnunc vix diſcerni amplius queat, num verum & hodiernum noſtrum cognoverint *bombycem*. STRABO certe, Geographus & Hiſtoricus accuratiſſimus, qui ne Indiæ quidem formicas, Armeniæque oricas præteriit, nullam ejus facit mentionem. Niſi quod ex NEARCHO, mendaciſſimo, ut ipſe affirmat, rerum indicarum ſcriptore, in L. *Geogr.* XV. *pag.* 476. edit. *Baſileenſis* 1523. hæc referat: „*In quibusdam lanam innaſci, ex qua Nearchus ait Sindonas texi & Macedones ea pro tomento uſos ſagula confeciſſe, & ſerica hujusmodi eſſe, byſſo ſcilicet ex corticibus quibusdam excarminata.*„ P. VIRGILIVS MARO, C. PLINIVS major, ſive ſenior, Veronenſis, PAVSANIAS, C. IVLIVS SOLINVS, PLINII ſemia, & AMMIANVS denique MARCELLINVS omnesque alii, quotquot bombycis & vel *ſerici* vel *bombycini* meminerunt, narrationibus ſuis talia immiſcent, qualia hodie ſaltem vix, vel certe aliter longe obſervare licet. Latius hæc proſecutus eſt COLERVS, in *Diſſ. de bombyce*, quam & ſub ADAMI TRIBBECHOVII nomine allegari, obſervaſſe mihi videor, *Cap. V.* & *VI. pag.* 15. *ſq.* & 17. *ſq.* Eorum omnium nullus certe, umquam talem vermem, qualem *bombycem* vocamus, ipſe vidit, multo minus eum examinavit, inque modum, ſericum inde parandi, inquiſivit. Quo quidem diu utebantur Romani, veræ illius fabricæ prorſus ignari, variarumque ejus ſpecierum neſcii. Neque enim vel bom-

byces alebant educabantque, sericum inde parantes ipsi, neque crudum ad se advectum texebant sericum, hoc potius, & bombycinum quodcunque, ab exteris, qui potissimum *Seres* fuerunt, ut P. VIRGILIVS MARO scribit:

Ignoti facie, sed noti vellere Seres,

maximo pretio ementes, hisque solis omnem ejus nendi texendique curam, citra curiositatem, relinquentes. Apprime hæc, quæ de veterum, si non crassa ignorantia, rudi tamen cognitione bombycis & bombycini adhuc dixi, responsionem ad L. 23. §. 1. *de auro & argento legato* in *Cap. Diss. VII. pag.* 18. 19. datam confirmant. Quis enim meliorem accuratioremque a ICTIS desideraverit *bombycini*, variarumque ejus specierum cognitionem, quam illi tradebant ipsi, qui *historiam*, præsertim *naturalem*, & *geographiam* ex instituto scripserunt, magnæ alias inter *istos* auctoritatis. Cujus exempla quam plurima collegit FRIDERICVS STRVNZIVS, in *Diss. I. de poëtarum, sigillatimque Homeri auctoritate apud Jureconsultos, Vitemb.* 1717. *ed. Cap. I.* §. 1. Cum præsertim, idem illud sericum & bombycinum, quod DOM. VLPIANVS ibi particulis adversativis (VEL *serica*, VEL *bombycina*) disjunxit, alius ejusdem famæ & ætatis ICTVS, IVLIVS nempe PAVLLVS, in L. *Sententiarum Receptarum* III. *Tit.* 6. §. 79. apud ANT. SCVLTINGIVM in *Jurisprudentia vet. ante - Justiniana*, *pag. edit.* AYRERIANAE 374. particula copulativa ET conjunxerit, scribens: „ *Veste legata, ea cedunt, quæ ex lana & lino texta sunt: ita SERICA ET BOMBYCINA; quæ tamen induendi, operiendi, cingendi, sternendi, injiciendique causa parata sunt.* „ *Non differunt*, notat ibi SCHVLTINGIVS, *serica & bombycina, nisi ut genus & species: fiunt enim ex lanugine illa, quam producunt bombyces, cujus species serica, quæ advehebatur a Seribus. Qua de re pluribus disputat magnus ille* SALMASIVS, *tam ad* TERTVLLIANVM *de pallio*, *quam ad* VOPISCI *Aurelianum*, in *Cap. XLV.* (Adde ad *Solinum*). Videtur quidem alias IVLIVS PAVLLVS, arg. L. 43. *de actione emti venditi* & L. 40. *de rebus creditis* DOMITII VLPIANI æmulus, huicque sæpius, forsan ex odio tantum & invidia, contradixisse.

dixisse. Conf. IAC. CVIACIVS in L. *Quæstionum* PAVLLI III. *pag.* 558. A qua tamen *nota* eum jam plene absolvit AELIVS LAMPRIDIVS in *Alex. Sev. Cap. LXVI. pag m.* 363. ubi hujus amicos DOM. VLPIANVM & IVL. PAVLLVM *juris peritissimos* aliosque (*Cap. LXIIX. pag. m.* 365.) *malitiosos*, *factiosos*, *callidos*, *ad malum consentientes*, *bonorum inimicos*, *circumventores ejus* fuisse negavit. Conf. SCHVLTINGIVS, *all. loco*, *pag.* 558. & illustris ADRIANVS STEGERVS in *diss. de* D. VLPIANO ICTO *Lips.* 1725. ed. *Sect. I.* §. 12. *pag.* 20.

XIIII.

DE physica, anatomica, medicaque, vermium sericariorum, indole & natura, in capite *Dissertationis* IV. multa quidem egregia leguntur. Sed vellem tamen, præter ANT. a LEEWENHOEK, in *epistola* (ad Landgravium Hassiæ CAROLVM) 146. *pag. Arcanorum naturæ Tomi IV.* 409. *m. sq.* neglecta haud fuisset *triga* auctorum, hic omnino supplenda. *Vnus* est celebris ille Amstelodamensium Physicus & Medicus, IOANNES SWAMMERDAMM, in der Bibel der Natur oder Beschreibung derer Insecten, (*fol. Lips.* 1752. cum Præf. H. BOERHAVII) *pag.* 108. 127. 131. 132. 166. 167. 174. 189. 190. 205. 212. 221. *Alter* vero sit August Johann Rösel, von Rosenhof, in der monathlich herausgegebenen Insecten-Belustigung dritten Theil, (Nürnb. 4. 1755.) *Num.* VII. VIII. und IX. *pag.* 37 - 62. *Tertius* denique esto celeberrimus ille *Gallus*, qui de insectis omnium optime meritus est, *Dn. de* REAVMVR, *dans ses Memoires pour servir à l'Histoire des insectes*, *Tom. I. Mem. I. XII. XIII. sq.* Inprimis autem corporis bombycum structuram, culturam & nutrimentum, nec non singularem cum araneis, quibus tamen in multis similes deprehenduntur, antipathiam latius descripsit CHRIST. FRID. GARMANNVS in *Ephemeridibus Academiæ Naturæ Curiosorum Cæsareæ*, *Dec.* I. *Anno* I. 1670. *obs.* 121. & 122. *pag.* 244. 245. *sq.* Alia, non minus accurata, ope microscopii a IO. *de* MVRALTO facta, bombycis descriptio ibidem in *Dec.* II. *Anno* II. 1683. *obs.* 28. *pag.* 52. *sq.* legitur. Sicut & in *Dec.* I. *Anno* I. 1670.

obs.

obſ. 13. *pag.* 43. traditur, bombyces ſericum non ab *ore*, ſed ex *mammis* eructare & ore decerpere & applicare. Fabulam vero, quam & PETRVS GASSENDVS & VLYSSES ALDROVANDVS, multique alii, crediderunt, bombycum ſemen, ex foliis mori ſaturatis & putrefactis excitari poſſe, refutavit FRANC. REDVS in *Exper. circa generat. inſectorum*, 12. *Lugd. Batav.* 1729. *pag.* 196. 197. 198. Conf. die Breßlauiſche Naturgeſchichte, VI. Verſuch, *pag.* 1742.

XV.

VARIAS & notabiles quidem, prorſusque diſtinctas, bombycis *metamorphoſes* non poſſum non elegantiſſimis breviſſimisque verbis hic deſcribere, quibus id in IAQVES SAVARY DES BRVSLONS & PHILEMON LOYS SAVARY, fratrum, *Dictionnaire univerſel de commerce, d'hiſtoire naturelle & des arts & metiers; Tome* III. *P --- Z. v.* SOYE, *col.* 904. ita factum fuit. „*De graine ou ſemence, qu'il eſt d'abord, il devient un ver aſſez gros, d'un blanc tirant ſur le jaune; devenu ver il s'enferme dans ſa coque, où il prend la forme d'une eſpece de féve griſattre, à qui il ſemble ne reſter ni mouvement ni vie; il reſſuſcite en ſuite pour devenir papillon, apres s'etre fait une ouverture pour ſortir de ſon tombeau de ſoie; & enfin mourant veritablement il ſe prepare, par la graine ou ſemence qu'il jette, une nouvelle vie que le beau tems & la chaleur de l'Eté lui doivent aider à reprendre. C'eſt de cette coque où le ver s'etoit enfermé qu'on nomme Cocon & Coucon, qu'on tire les différentes qualités des ſoies qui ſervent également au luxe & à la magnificence des riches, & à la ſubſiſtence & à la nourriture des pauvres qui les filent, les dévident ou les mettent en œuvre*„ Hæc

admiranda TIBI levium ſpectacula rerum

hæc admiranda inquam naturæ, in ſolo & unico hoc bombyce, *ænigmata*, mirabiles hæ & nunquam ſatis mirandæ bombycis *metamorphoſes*, jam multos doctos piosque *naturaliſtas* in laudes vermis huius rapuerunt. Sic eum jam olim celebris quondam Epiſcopus Albenſis in monte ferrato IEREMIAS VIDA, Cremonenſis, gravi quodam & egregio

gio carmine latino decoravit, quod IOS. SCALIGER in *hypercritico* ſuo omnium VIDAE librorum Regem dixit. Eodem fere modo Dominus quoque *de* FRANCHEVILLE, Academiæ regiæ Berolinenſis membrum, noviſſime eum amœno poemate gallico, ſub titulo: *Le Bombyx, ou le Ver à Soie: Poëme accompagné d'une Inſtruction, qui en eſt tirée, & qui contient en abrege des obſervations neceſſaires, tant ſur le murier que ſur le Ver à Soie, à Berlin chez J. Jaſperd*, 12. 1754. edito, concelebravit, nec vero, ut VIDA olim, in ſolo verme ſubſtitit, ſed potius in ſex libris ab ovo, usque ad mortem, morum, variique generis texta ſerica, progreſſus fuit. Sequenti hujus poematis principio, me lectores meos delectaturum fore confido.

„Je chante le BOMBYX, vermiſſeau foible & vil,
Mais dont le ſeul inſtinct lui fait ourdir ce fil,
Vni, doux, fin, durable, & d'un plus noble uſage,
Que n'eſt du blanc coton le pareſſeux filage,
Ou que n'etoit jadis la ſuperbe toiſon,
Qu'aux forets de Colchos ravit l'heureux Jaſon.
Rare preſent du Ciel! prodige inconcevable.
Qu'un ver, de la nature avor-ton mepriſable,
Ait l'art de convertir en un fil precieux
De legers alimens, qu'il conſume à nos yeux.
Veritable phœnix, il meurt, il reſſuſcite;
Vrai Protée en ſa forme, il la prend, il la quite;
Et d'oeuf qu'il eſt d'abord, trois fois renouvellé,
Devient reptile, nymphe, & volatile ailé.„

Adeo ſcilicet IDEM non ſemper eſt IDEM. BARLAEO rem ita exprimente.

„Pene nihil fueram jam longum tendor in orbem
nunc eo, mox penna liberiore volo.

Jam lateo tectis, mox rursus liberor iisdem,
nunc dapibus potior: nunc dapibus careo.
Jam piger incedo lente, jam fila laboro,
jam veneris posco gaudia, jam fugio.
Vixi, & quem dederat cursum natura peregi,
fataque dum subeo plurima, sponte necor:
Quodque prius fueram, rursus dissolvor in ovum,
principio fini conveniente suo.

Fuit non nemo, qui bombycem ita de semetipso loquentem induxit. „*Ex ovo prodiens ultro implumis Prothea supero mutando formam: Lazarum æquo duplici morte: Attalum æmulor relinquendo mei studiosis pulchram ac divitem hereditatem: hoc habens peculiare præ illis, quod & spem relinquam posteritatis ter quotannis transformandæ, bisque victuræ, bisque morituræ.*„ Aliis alia sunt, bombycem tamen facile prodentia, *ænigmata*. Aliis denique *bombyx*, typus est, & præsentis vitæ voluptatis, curæ mundanæ, conscientiæ, imprimis vero etiam, BASILIO, MAYOLO & ALDROVANDO allegoriam hanc quam longissime prosequentibus *resurrectionis*, corporum nostrorum, imago.

XVI.

NUNC vero etiam quædam alia de SERIBUS, populo, si fabula vera est, primo omnium bombycini texti adinventore, addenda sunt, quam quæ *Cap. V. pag.* 14. leguntur. Meminit SERUM, omnium, quos scio, ante CHRISTUM natum primus paullo clarius, tam VIRGILIUS MARO in L. *Georg.* II. ỷ. 121.

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana,
Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres,
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis? ubi aera vincere summum.

quam

quam Q. HORATIVS FLACCVS, L. I. *Od.* XII. ℣. 55. 56.

Sive ſubjectos orientis oris
Seras & Indos:

Deinde poſt CHRISTVM natum POMPONIVS MELA, in L. *de orbis ſitu* l. *Cap.* 2. *pag. m.* 5. „ *In Aſia primos hominum accipimus ab Oriente, Indos,* SERES, *& Scythas. Seres media ferme Eoæ partis incolunt, Indi & Scythæ ultima: ambo late patentes, neque in hoc tantum pelagus effuſi: ſpectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici maris (niſi ubi æſtus inhabitabilem efficiunt) diu continuis gentibus occupant: ſpectant & ſeptentrionem Scythæ, ac litus Scythicum, niſi unde frigoribus arcentur, usque ad Caſpium ſinum poſſident* „ PLINIVS, L. VI. *Cap.* 17. cui tit. *Scytharum gens. pag.* 86. „ *Primi ſunt hominum, qui noſcantur, Seres, lanitio ſylvarum nobiles,* rel. vid. ſupra *pag.* 13. *Seres mites quidem, ſed & ipſi feris perſimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cum commercia expetant. Primum eorum noſcitur flumen Pſittaras* „ rel. L. VI. *Cap.* 22. *Taprobane inſula, pag.* 90. „ *Seras quoque ab ipſis adſpici, notos etiam commercio: patrem Rachiæ commeaſſe eo, advenis ibi feras occurſare. Ipſos vero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris ſono truci, nulli commercio linguæ. Cætera eadem quæ noſtri negotiatores. Fluminis ulteriore ripa merces poſitas juxta venalia tolli ab his, ſi placeat permutatio* „ L. XXIII. *Cap.* 14. *de ferro, pag.* 601. „ *Ex omnibus autem generibus palma ſerico ferro eſt: Seres hoc cum veſtibus pellibusque mittunt.* „ Nominat is quoque L. VI. *Cap.* 13. *pag.* 84. *Oceanum ſericum ab oriente.* „ CLAVDIVS PTOLOMAEVS, *Alexandrinus,* in L. VI. *Cap.* 15. *Tab.* 8. *Aſiæ, pag.* 113. editionis meæ *Lugdunenſis* in fol. de anno 1535. „ *Serica terminatur ab occaſu Scythia, a ſeptentrionibus & ab oriente terra incognita, a meridie reliqua parte Indiæ extra Gangem. Montes autem cingunt Seras, qui Annibæ appellantur. Sericæ autem regionis maximam partem duo percurrunt fluvii,* rel. *Sera metropolis.* „ C. IVLIVS SOLINVS, *Polyhiſtor,* qui tamen ultra PLINIVM vix ſapuit, in *Cap.* LXIII. „ *Qua ab Scythico Oceano, & mari Caſpio in Oceanum Eoum curſus fle-*

XVI. Von dem Seidenwurm-Hause.
XVII. Stellen und Stände der Seidenwürme.
XVIII. Von ihrem Warter und Aufseher.
XIX. Wie, und wann die Blätter zu sammlen.
XX. Wie das Maulbeerlaub zu erhalten.
XXI. Von der Seidenwürme Eyren.
XXII. Wie sie ausgebrütet werden.
XXIII. Wie sie von einem Ort zum anderen zu bringen und aufzuziehen.
XXIV. Wie man ihnen zu essen gibt.
XXV. Wie im Abhäuteln mit ihnen umzugehen.
XXVI. Von ihren Feinden.
XXVII. Wie den krancken Seidenwürmen zu helfen.
XXVIII. Vorbereitung zum Spinnen.
XXIX. Wie sie spinnen.
XXX. Ihre Häuslein abzunehmen zum Saamen.
XXXI. Wie sie sonst abzunehmen.
XXXII. Von den Farben der Häuslein und Glanz der Seiden.
XXXIII. Vom Ofenkessel und Haspel.
XXXIV. Wie ferner mit der Seiden umzugehen.
XXXV. Von der Floret-Seiden.
XXXVI. Ohne Brut, Seidenwürme zu erlangen.
XXXVII. Wunderbare Veränderung der Seidenwürme.
XXXVIII. Von den Maulbeerbäumen Flachs zu machen.
XXXIX. Wie ferner damit umzugehen.
XL. Vom Nuzen der Seiden.
XLI. Was von den Seidenwürmen zu gebrauchen ist.
XLII. Andere Orientalische Zeuge, die der Seiden gleichen, oder sie auch übertreffen.

Nec

Nec inamœnum eſt, quod tanquam prodromum, *Capiti* huic *decimo*, de *apum* & *bombycum* cura, L. B. *de* HOHBERG præmiſit, *carmen*, nimis tamen longum, quam ut hic inſeri poſſet. De præſtantia autem & utilitate hujusce tractationis HOHBERGIANAE melius certe veriusque judicare non potero, quam ſi, quod res eſt, dixero, eam ſæpius exſcriptam fuiſſe, inque noviores & recentiores hac de re libros totam pene migraſſe. Huic autori jungo FRANCISCVM PHILIPPVM FLORINVM, Comitis Palatini ad Rhenum Solisbacenſis Conſiliarium, cujus *Oeconomus prudens* & *legalis*, **oder allgemeiner kluger und rechtsverſtändiger Haus-Vatter**, itidem ſuperiori jam ſæculo prodiit, auctus deinceps & *juridicis* quoque *notis* illuſtratus a IO. CHP. DONAVERO, *Nordlingenſium* quondam Conſiliario, (**Franckfurt**, *fol. II. Tomis* 1722.) & *P. I. L. VI. Cap. I. - - XII. pag.* 1112. -- *pag.* 1134. prolixe totum inſtitutum *bombycinum* tractat. Proximus, qui hoc nomine laudari debet, eſt GOTHOFREDVS CHRISTIANVS LEYSERVS, *juris Georgici*, ſive *tractatus de prædiis* **von Landgütern**, *Francof. anno* 1698. & 1713. editi, auctor, *juris* tamen magis peritus & prudens, quam *œconomiæ* ſtudioſus & conſultus. Nec enim proprie ſic dictos, atque a *Politicis*, mere talibus, veluti BECHERO, diſtinctos IVRECONSVLTOS, ſuperioris iſtius ſæculi, officio & muneri ſuo, hoc in argumento bombycario, penitus defuiſſe, immo plus & magis adhuc, quam in priore quidem hujus noſtri ſæculi parte factum fuit, præſtitiſſe, præter notiſſimum illum IO. IAC. SPEIDELIVM, *in ſpeculo obſervationum & notabilium juridico politicarum*, *Norimb.* 1657. & cum *Additionibus* DIETHERRI & *Appendice* FRITSCHII, 1683. *voce* **Seiden-Wurm**, & IACOBVM BORNITIVM *de rerum ſufficientia in re publica*, 1. *Cultura agrorum & metallorum*, 2. *Opificiis*, 3. *Mercatura*, 4. *Miniſteriis variis*, *Francof.* 4. 1625. *Tract. I. Cap.* 22. vel ſolius CASPARIS KLOCKII exemplum abunde comprobat. Hic enim *Brunsvicenſis* quondam *Conſiliarius* & *Stolbergenſis* deinde *Cancellarius*, in ſuo *tractatu juridico - politico - polemico hiſtorico*, *de ærario*, *ſive Libris*

duobus de censu, per honesta media, absque divexatione populi, licite conficiendo, Norimbergæ, fol. 1651. edito, *L. II. Cap. VI. num.* 1. - 13. *pag.* 22. - 225. *de vermiculorum serici, ad serica comparanda, cura* ita egit scripsitque, ut mirum re vera sit, quod materia hæc postea in sequiorum paullo IVRECONSVLTORVM libris, adeo intacta manserit.

XXVI.

DE SVEVIA tandem & in *ea* præprimis de *Ducatu*, ad quem justo nunc ordine, in *meletematibus* tamen, qualia heic sisto, alias non adeo curate observando progredior, WVRTEMBERGICO, Germaniæ ocello & cimelio, quam certissime constat & in WAECHTERIANA *Dissertatione*, §. VI. *pag.* 26. 27. quam rectissime prædicatur, quod habito ad alias Germaniæ provincias, & majora licet eius territoria, respectu, sat cito, satisque mature, utilissima educationis *bombycum* & *mororum* culturæ experimenta facta fuerint. Sicuti namque generatim DVCES WVRTEMBERGICI, nihil, quod ad promovendam subditorum suorum utilitatem atque felicitatem quidquam conferre potuit, pro re nata temporisque opportunitate, umquam omiserunt: ita mature quoque *politiam* & *œconomiam* territorii sui, circa educandos *bombyces*, alendos *moros*, parandum *sericum*, totumque adeo commercium sericarium, rite atque laudabiliter adornavit *provida* ILLORVM *cura*. Celebratur hoc nomine etiamnum, gloria longe dignissimi, FRIDERICI, inde ab *anno* 1593. quo LVDOVICO *agnatus* successit, usque ad *annum* 1608. quo decessit, Ducis Würtembergici, Comitis Montispeligardensis GEORGII filii & IOANNIS FRIDERICI parentis, *memoria*. ANDR. OSIANDER, Cancellarius Tubingensis, in *Oratione funebri de vita & obitu Ducis* FRIDERICI, *Tub.* 1608. 4. & THOM. LANSIVS in *Laudatione funebri* ejusdem Ducis in *Mantissa Consultationum & Orationum*, *pag.* 298. - 335. Legitur de EO in dem Vorbericht zur kurzen Anweisung, wie die

die weise Maulbeerbäume gezogen, verpflanzet und gewartet werden sollen, nach Beschaffenheit und Witterung des löbl. Herzogthums Würtemberg eingerichtet, 8. 1749. „ Solches hat viele grosse Herren in Teutschland bewogen, daß selbige darauf bedacht gewesen, auch dieses nuzliche Ding in Dero Staaten und Ländern einzuführen, und gebühret **Würtemberg**, und zwar dem Durchlauchtigsten Stamm-Vater des gegenwärtig-regierenden **Herrn Herzogs Hochfürstlichen Durchlaucht**, Herzog **Friderich** (qui IOANNIS FRIDERICI Ducis *parens*, qui EBERHARDI III. Ducis *avus*, qui FRIDERICI CAROLI *proavus*, qui CAROLI ALEXANDRI *abavus*, qui Serenissimi hujus filii, quam felicissime hodie regentis, CAROLI *atavus* fuit) die Ehre, daß dieser lobwürdige Herr, vor anderen teutschen Fürsten der Erste gewesen, welcher Maulbeer-Bäume pflanzen, und Seiden-Zucht anzulegen nicht allein befohlen, sondern auch den Anfang davon machen lassen.„ Sine dubio laudatissimum hocce institutum ejus, utilissimus fructus fuit itineris, quo duobus ultimis *anni* 1599. & quatuor primis *anni* 1600. mensibus universam pene ITALIAM, per dissimulationem, incognitus peragravit, a comite & architecto suo, HENRICO SCHICKARDTO singulari descriptione, *Montispeligardi*, *anno* 1602. 4. edita, celebrati. Titulus ejus hic est: Beschreibung einer Reiß, welche Herr Friderich, Herzog zu Würtemberg ꝛc. im Jahr 1599. selbs neundt, aus dem Land zu Würtemberg in Italien gethan; darinnen vermeldet, wie ihre Fürstliche Gnaden jeden Tag gereist, was merckwürdiges auf der ganzen Reiß sich zugetragen, und was an jedem Ort ihre Fürstliche Gnaden Fürnehmes gesehen haben. Qui tunc temporis hic loci professor historiarum poëseosque fuit, ERH. CELLIVS, utrumque hujus Ducis *itinerarium*, tam *anglicanum*, 1592. quam *italicum*, 1600. 4. *anno* 1603. junctim denuo edidit. Sunt, qui EVM, *generali* quodam, per universum Ducatum promulgato RESCRIPTO *bombycum* & *mororum* curam, subditis suis injunxisse & commendasse perhibent. Sed fateri cogor, me ejusmodi alicujus *rescripti* copiam & exemplum, vel notitiam modo, ne ab iis quidem consequi potuisse, qui magnam alias & laudabilem

bilem colligendis ejusmodi *rescriptis* impenderunt operam. Alii contra, EVM non nisi *Neostadii*, in infima scilicet Ducatus sui parte & regione maxime calida *albas moros* plantari jussisse & fecisse. Eodem vero etiam nomine passim, ab exteris plane, laudari videas FRIDERICVM, Ducem Würtembergicum *Neostadiensem* ad Cocharum, togatum æque ac sagatum heroem, IOANNIS FRIDERICI filium natu secundum, *Neostadiensis* quondam lineæ auctorem, *anno* 1682. defunctum. Vnde admodum vereor, ne, quod ab *illo* FRIDERICO Duce, Neostadii, circa plantationem mororum tentatum fuisse dicitur, alii huic *Neostadiensi* FRIDERICO, vel vice versa adscripserint. Quamvis & hunc singularem tantoque Principe & eo quidem tam litteratissimo quam naturæ & antiquitatum curiosissimo studiosissimoque, dignissimam *bombycum mororum Neostadiensium curam*, *jam ab* avo suo cœptam, habuisse & continuasse, vero perquam simile sit. De isto tamen FRIDERICO, *avo*, Stutgardiensi Duce, intelligendus est, qui *anno* 1682. vel 1688. in *Georgicis* suis *curiosis*, *L. X. P. II. Cap. II. Tomo II. pag.* 473. hæc scripsit WOLF HELMHARD L. B. *de* HOHBERG: „Und wie die *æmulation* sonderlich in so nuzbaren und Geldt eintragenden Wirthschafften sich bald einfindet; also ist, meines Erachtens aus unsern Teutschen Fürsten der erste gewesen Fridericus, Herzog zu Würtenberg, ein lobwürdiger und tugendsamer Fürst, der in seinem Land die Maulbeerbäume pflantzen und Seidenwurm-Häuser und Werckstätte aufrichten lassen, welches so guten Fortgang gewonnen, daß es diejenige selbst für eine nuzbare Anstalt halten müssen, die es anfänglich aus Meynung, unser Teutschland wäre zu kalt, starck widerrathen haben.„ Ex hoc loco omnia deinceps ea profecta fuisse videntur, quæ tum WILH. B. *de* SCHROEDERN, in der Fürstlichen Schaz- und Rent-Cammer, *Cap. LXX. p.* 240. tum *auctor* articuli von dem Brandenburgischen Seidenbau in *Actis Vratislaviensibus*, ad *annum* 1718. *M. Mart. Class. V. art. I.* §. 4. *pag.* 845. ubi: „in Würtemberg-Neustatt fieng der Herzog Friderich diese *Plantage* an „ tum FRID. VLR. STISSERVS, in der Einleitung zur Landwirthschafft, *VII.* Abtheilung, *VI.* Cap.

VI. Cap. §. 5. tum I. C. D. SCHREBERUS, filius, in dem Versuch einer Geschichte des Seidenbaues, in patris sui *collectione scriptorum œconomico-cameralium*, *P. I. Num. XXI.* §. 9. *p.* 186. verbis: „In Würtemberg bey Neustadt fieng der Herzog Friderich eine Plantage an„ tum & ipse adcitatus paullo ante *auctor* des Vorberichts zu der kurzen Anweisung ꝛc. vor Würtemberg, ad HOHBERGII adeliches Land- und Feld-Leben, diserte provocans. Cæterum in gratiam *instituti* hujus FRIDERICIANI, sine dubio IACOBUS RATHGEB, Cameræ Würtembergicæ quondam Secretarius, *gallicum* OLIVERII *de* SERRES, Domini de *Pradel*, de bombyce tractatum, in vernaculam fideliter translatum, hic Tubingæ, jam *anno* 1603. in 4. apud *Erhardum Cellium* edidit, hocce *titulo* usus: Seydenwurm: von Art, Natur, Eigenschafft und grosser Nuzbarkeit deß Edlen Seydenwurms, auch Pflanzung und Erhaltung deß zu seiner Nahrung hoch erforderten Maulbeerbaums. Wie, unnd was massen solches herrliche Werck, in Teutschen (sonderlich denen Landen, da es Weinwachs hat) zugleich anderen Orten, angerichtet, und mit Lob, Nutzen und Ruhm fortgetrieben werden möge. *Præfationem*, qua laborem suum, ipsimet FRIDERICO *Duci*, sacravit RATHGEB *ille*, eo digniorem reputavi, quæ ADIUNCTIS meis II. statim *loco*, inseratur, quo rarior non solum totus iste *libellus* est, his omnibus jamjam impressis mihi demum forte fortuna, e Bibliotheca *Academica*, oblatus, sed & quo melius feliciusque vetus istud *præjudicium*, a climate desumtum, in illa oppugnatur. Quod vero in Ducum Würtembergicorum studio & adfectu, serici culturam & commercium promovendi, maximopere laudandum est, in ejus constantia & perpetuitate potissimum consistit. Quamvis enim cœpta & instituta ILLORUM sericaria, certe, non rei ipsius natura & indole, non terræ & climatis nostri inidoneitate, non subditorum Würtembergicorum socordia & ignavia, sed potius variorum subinde sat tristium, præsertim bellicorum, plantatis quibusvis, ne dicam adeo plantandis demum & cum cura quidem plantandis *mori* arboribus, infaustissimorum temporum injuria, sed hominum, nimis sæpe, de facultatibus suis, quam re

vera in eis est, sperantium vitio, nimia totius operis susceptorum redemtorumque lucri cupiditate & sociorum discordia, sed aliorum quoque, omnia quæ patres haud narraverant, non despicientium modo, sed & odio prosequentium, invidia, accedentibus, nescio quibus, infelicibus admodum, contra ipsammet patriam præjudiciis, exoptatum haud quaquam habuerint progressum: tantum tamen abfuit, ut totum mox institutum damnatum, inque perpetuum exilium actum fuerit, quin potius verissime scripserit, quisquis scripsit: „obschon theils durch Vorurtheile, theils durch die viele Veränderungen im Regiment, verderbliche Kriege ꝛc. diese Sache nicht so fortgeführet worden, wie es wohl hätte geschehen können, und also seit dem noch viele Tonnen Goldes ausser Land gegangen; so scheinet doch, die göttliche Providenz habe solches Werck auszuführen, auf Herzog Friderichs Durchlauchtigsten Ur-Ur-Enckel, unsern dermahlen (GOtt gebe lang) regierenden gnädigsten Herrn Herzog aufbehalten, als welche nebst anderen schönen und nuzlichen Verfügungen auch verordnet haben, Dero Unterthanen erstlich zu Pflanzung der Maulbeer-Bäume, zweytens, zu Erziehung und Wartung derer Seiden-Würmer anzuweisen, drittens, denenselben die Zubereitung der Seide zu lehren, und den daraus folgenden Nutzen vorzulegen.„ Leguntur hæc in dem Vorbericht zu der kurzen Anweisung, wie die weise Maulbeer-Bäume von dem Saamen erzogen, verpflanzet und gewartet werden sollen; dann auch wie derselben Blätter zur Nahrung derer Seidenwürmer zu sammlen. Quod ipsum etiam scriptum, vel, si mavis, (*Stutgardiæ*, in 8. *anno* 1744.) impressum, quum non solum *climati Würtembergico* propius adcommodatum, verum ipsiusmet *sacratissimi* PRINCIPIS nostri jussu & speciali mandato, immo sumtibus plane editum fuerit (nach der Beschaffenheit und Witterung, ut titulus ejus porro sese habet, des Löbl. Herzogthums Würtemberg eingerichtet, und als der erste Theil des Unterrichts zum Seidenbau auf Hochfürstl. gnädigsten Befehl zum Druck befördert) luculentum satis, manifestumque *providæ* & *constantis* illius, qua *bombyces* & *moros* prosequi haud dedignatur PATER PATRIAE nostræ, curæ atque sollicitudinis testimonium

nium est. Insertum illud dem II. Stück illorum *Selectorum physico-œconomicorum*, oder angenehmer und nuzlicher Sammlungen von allerhand zur Naturforschung und Haushaltungs-Kunst gehörigen Begebenheiten, Erfindungen, Versuchen, Vorschlägen, und darüber gemachten Anmerckungen, samt einer Nachricht von alten und neuen, hierzu dienlichen Büchern und Schriften, quæ *Stutgardiæ*, auspiciis Experientissimi celeberrimique Consiliarii & Archiatri, IO. ALB. GESNERI, *anno* 1749. prodire cœperunt, *Num. VII. p.* 146.-157. & *P. III. Num. VII. p.* 217.-232. a IO. IAC. MOSERO in dem VI. Stück derer Schwäbischen oeconomischen &c. Nachrichten, (8. 1757.) *Num.* 24. *pag.* 504. nuperrime recensitorum. Pergit ibi, *pag.* 149. & 150. qui brevi huic atque claræ & dilucidæ *informationi* bombycinæ præfatus fuit: „der ganze Proceß ist gar nicht schwer, und können sich eine grosse Menge Leute, wann sie nur wollen, ehrlich davon ernehren. So haben auch Seine Hochfürstliche Durchleucht die gnädigste Resolution gefaßt, solches Geschäft Dero getreuen Unterthanen auf alle mögliche Weise zu erleichtern und zu unterstüzen; deßwegen auch gnädigst befohlen, daß folgende, ob zwar kurze, doch, so viel möglich deutliche Anleitung, wie die Maulbeer-Bäume zu ziehen, zu warten, die Seidenwürmer zu unterhalten, und wie die durch sie hervor gebrachte Seide ferners zu behandeln, zu jedermanns Nachricht kommen möge.„ Quia vero idem illud dubium, quod jam olim FRIDERICO *Duci* obmotum fuisse DN. *de* HOHBERG tradit, vel si mavis, præjudicium; *Germanicum* generatim & singulatim *Würtembergicum* clima, nimis quippe frigidum & occidentale, nec cum Italia Galliave comparandum, alendis per moros bombycibus, parandoque ex his serico, inidoneum atque inopportunum esse: hodienum multorum animis, tam firmiter inhæret, ut ne ipso quidem prospero & secundo totius instituti successu evelli & eradicari queat, non repetam modo, hucque excerpam, quæ ibi, *pag.* 149. & 150. asseruntur: „Es ist auch kein Zweifel, daß dieses in dem sonsten in allen Stücken gesegneten Herzogthum Würtemberg nicht wohl ausschlagen sollte; zumahlen das *Clima* oder Beschaffenheit des Himmels und Landes alles hat, was dar-

zu nöthig; und obschon der Winter sich dann und wann heftig genug bey uns spühren läßt, so ist doch der weiße Maulbeerbaum so dauerhaft, daß er der Kälte wiederstehet, und so gar in denen Nord- und solchen Ländern fortkommt, welche weder die temperirte Luft noch den guten Boden haben, dessen sich Würtemberg zu erfreuen hat„ verum etiam, ad majorem adsertis istis conciliandam fidem, supra jam laudati CASPARIS KLOCKII *verba* adducam, quæ & *egregia* sunt & in magnum *patriæ* nostræ honorem atque laudem vergunt. Ita vero ILLE, laudato jam supra loco, *L. II. Cap. VI. num.* 6. & 7. *pag.* 224. „*Nec regionum diversitas quem deterreat, quippe quod æque moreta ad alimoniam vermiculorum passim in tuo territorio plantare & calorem in cubiculis igni elementari substituere, tantamque industriam manus opera adhibere possis, quantam exteri. Nec instituti exempla in* GERMANIA *desunt in aulis* WIRTEMBERGICI, *aliorumque Principum, qui Moreta sive mori sylvas plantari curant, ut id genus insectorum inde alimoniam capiat. Tu imitare & tenta modo: eventus & successus procul dubio ex voto respondebit. Lanæ sericoque velleri omnia prope sua debent Veneti, Mediolanenses, Neapolitani & Genuates, quorum oppidorum præcipui cives, huic negotiationi plerasque suas opes imputent, necessum est. Nec difficile foret plantare moros in hisce regionibus, ad æmulationem Veronensium, Vicentinorum & Mediolanensium: Eadem enim est soli ubertas & capacitas agrorum, quæ in illis partibus*„ Prope scilicet, *Würtembergia* distat a RHENO, cui tamen adjacentes tractus, (terras potissimum Palatinas, e. gr. circa Heydelbergam) jam olim, medio nempe superiori sæculo, (*anno* 1666.) *mororum* uberrime feraces & sic quoque *bombycum* alimoniæ maxime capaces, pronunciavit, qui ficto SEVERINI *de* MONZAMBANO, *Veronensis*, ad LAELIVM, fratrem, *Dominum Trezolani*, de *Statu Imperii Germanici* scribentis nomine, *P. II. Cap. VII. de viribus & morbis Imperii Germanici*, §. 2. hæc commentatus fuit SAMVEL. L. B. *de* PVFENDORF, *Heydelbergensis* tum temporis, primus omnium in Germania, *naturalis & gentium* juris Professor. „*Inter res primum obtinet locum ipsa regio. Cujus quanta sit amplitudo, facile*

cile intelliget, qui ex Cassubia Mompelgardam, aut ex Holsatia extrema in fines Carniolæ, aut Leodio in ultimas oras Silesiæ iter fecerit. In tam vasta regione, si Alpium juga excipias, pauca sunt loca, quæ nihil producant ad vitæ humanæ cultum facientia; is porro rerum ad vitam necessariarum proventus, ut eadem extraneorum rebus haut quidquam indigeat, nisi ad luxum, & superfluas voluptates. Auri quidem rel. rel. *Sic ut in universum Germania opulenta possit æstimari regio. Nam præterquam quod materiam nummorum ipsa generat, omnia fere producit, quæ ad necessitatem aut delicias vitæ humanæ faciunt, ut non incolis solum sufficiant, sed & exteris communicari possint. Et quibus aliunde importatis utitur, vel eorum, quæ exportantur, copiam non excedunt, vel talia sunt, ut facile iis carere possent Germani, si luxuriam compescere, aut socordiam ineptiamque nossent exuere. Quam facile enim erat contentis vino & cerevisia sua, aut si hæc ad ebrietatem nondum sufficiebant, adjunctis vini adusti tartareis ardoribus, ignorare Hispanica aut Gallica vina? Quam facile item vestiri pannis ex propria lana confectis, suosque relinquere Hispanis, Anglis & Batavis? Aut si horum elegantia arridebat, debuerant artem illam melius excoluisse indigenæ opifices. Neque vero serico nostro carere Germanis grave erat. Aut si omnino nitidius vestiri sedebat, saltem tractus ad Rhenum uberrime morum ferebat, si a socordia sua isti populi possent impetrare, ut præter vineas aliquid magnopere colendum sibi sumerent. Suppetente bombycibus pabulo, licebat a nostratibus modum tractandi serici addiscere. Porro uti illud simplicitati gentis fortasse ignoscendum, quod imitando Gallicas vestium formas politiorem sese reddi credit; ita crassissima est stultitia, etiam a Gallis telas levidenses sæpe aut absurdas petere. Nam nauci etiam rebus Gallici nominis admiratio apud istos pretium addit. Quod autem Galli artifices tam sæpe pannorum, & telarum genera varient, non tam levitas est, quam astutissima solertia. Hoc modo enim prohibent, ne Germani artifices apud se quoque ista opera imitentur.* „ Non quidem nescius sum eorum, quæ præcipuus inter *Monzambani* commentatores, vel potius refutatores, IO. GEORGIVS *de* KVLPIS, familiaris PVFENDORFIO amicus, qui præcipue etiam ipse *Würtembergicus* consiliarius & minister

 fuit,

fuit, in hunc locum notavit: ſcilicet „ *Quæ extrinſecus importantur, vel exigua ſunt, vel penitus iisdem carere, aut ſaltim apud nos quoque ea efficere poſſemus. Quanquam* de ſerico *an dicere hoc liceat, ambigo, neque enim quæ* SEVERINVS *attulit, expediendæ rei ſufficere videntur, ſicut apparuit, cum Sereniſſimus quidam Elector ſuperiori tempore in ſua ditione experimentum hujus rei fieri cogitaverat, præter impedimenta indicata, id quoque fuerat, quod rem iſtam effectui deſtituit, dum cœli genius non videbatur favere, nec æſtates ſatis longæ apparerent.* „ *P. II. Cap. VII.* ad §. 1. & 2. *pag.* 257. Aſt *primo* KVLPISIVS ipſe non niſi verbis *videri* & *apparere* utitur, *deinde* ſine omni dubio per *Sereniſſimum*, quem vocat, *Electorem*, Electorem intelligit *Palatinum*, CAROLVM nempe LVDOVICVM, de quo ſcil. conſtat, eum IO. IOACHIMO BECHERO, alteri velut bombycum in Germania parenti, jam *anno* 1664. prope Heydelbergam, terram quandam incultam, aliquot millia mororum albarum capientem conceſſiſſe, quæ tamen certe non *cœli genio*, vel *æſtatis brevitate*, ſed potius, quod BECHERVS ipſe in *Diſcurſu* ſuo *politico* von den eigentlichen Urſachen des Auf- und Abnehmens der Städte und Länder, *pag.* 1291. *edit. noviſſ.* ZENCKIANAE, 8. *de anno* 1754. teſtatur aliis incommodis, poſteaque bello & peſte interierunt. En propria *ejus* verba: „Am allerbeſten aber ſchickt ſich in Teutſchland der Seidenbau in die untere Pfalz um Heydelberg, und in die Bergſtraſſe, weil der Seidenbau allda ſo gut thut, als immermehr in Franckreich iſt. Deßwegen auch Ihro Churfürſtl. Durchl. mir zu etlichen tauſend Stücken Bäume zu pflanzen Gelegenheit und Plaz anweiſen laſſen. Es ſind aber andere Ungelegenheiten und nun Krieg und Peſt ſelbiger Orten herum eingefallen, daß das Werck verhindert worden. „ Adde *P. Diſcurſus III. Cap. XIV.* ſed in prioribus editionibus, cum *III. IV.* & *V. Parte*, oder denen Beylaagen, æque ac promiſſo *indice ſpeciali*, adhuc careat editio iſta *Zellenſis.* Vid. ejus *pag.* 171. 172. KVLPISIO denique in ſuis ad MONZAMBANVM *notis* ſatis jam reſpondit, perpetuus illius defenſor, CHRISTIANVS THOMASIVS, &, qui hujus veſtigia legit IO. FRIDERICVS FVRSTENAVIVS, *Medicus*

dicus Rintelienſis, in ſeiner gründlichen Anleitung zur Haußhaltungs-Kunſt, 8. 1736. S. 266. quem fruſtra miratus fuit I. C. D. SCHREBERVS, §. 9. *pag.* 186. & 187. in *nota* ſic ſcribens: „Nur kommt mir das fremde für, wann ich einen Lehrer der Haußhaltungs-Kunſt noch im Jahr 1736. alſo reden höre: „den Seidenkram konnte man gar füglich entbehren; oder, wenn man ja Seiden haben müſte, ſo würde die Gegend am Rheine bequem genug ſeyn, Maulbeerbäume zu unterhalten, wenn nur die Nachläßigkeit der Einwohner ihnen verſtattete, daß ſie etwas mehrers als ihre Weinberge, ihnen zu beſorgen, vornehmen möchten. Wenn denn Nahrung und Futter für die Seidenwürmer genug vorhanden, konnte man die Art, damit umzugehen, leicht von den Italienern erlernen.„ Quæ verba non FVRSTENAVII, nec demum *anni* 1736. ſed potius MONZAMBANI & *anni* 1666. atque ab hoc mutuata eſſe quilibet facile novit, qui hunc legit, & inprimis obſervavit, PVFENDORFIVM ne hic quidem *perſonæ* ſuæ *Monzambanianæ* oblitum fuiſſe, ſed ideo potius tanquam Italum ſcripſiſſe „*ſuppetente bombycibus pabulo*, „*licebat a noſtratibus* (quod is recte vertit Italis) *modum tra*„*ctandi ſerici addiſcere*„ hodie tamen ad Rhenum, in terris Palatinis apprime cognitum, privatis quibusdam ſerici culturam ſtrenue utiliterque ibi tractantibus. Conf. die Leipziger Sammlungen ꝛc. 1751. Th. VII. S. 258. Cui hæc nondum ſufficiunt, is conſideret velim ſericum, quod in Moſcovia producitur texiturque, vid. v. Strahlenbergs Nord- und Oeſtlicher Theil von Europa und Aſia, *pag.* 214. & perpendat felicem illum ſerici e bombycibus & mori foliis in ipſa SVECIA producti florem, quem non ſolum MARTINVS TRIEWALD von Erzeugung roher Seiden in Schweden, in denen Abhandlungen der Königlich-Schwediſchen Academie der Wiſſenſchaften, aus der Naturlehre, (7. 8. Band, 8. Hamburg 1749.-1756.) verum inprimis quoque ERICVS SALANDER in ſingulari de progreſſu rei bombycinæ in Suecia, ſuecico idiomate exarato, & ſub titulo Genwäg *til Slögder*, *Holmiæ* 8. 1754. edito, ſatis ſuperque comprobant. Quid! quod haud ita pridem DN. IO. HENR. GOTTL. *de* IVSTI, vir

in

in hoc ſtudiorum genere verſatiſſimus atque experientiſſimus, in denen Göttingiſchen Policey-Amts Nachrichten, ad *diem* 23. *Febr.* 1756. *Num. XVI. XVII.* & *XVIII.* ſive der Abhandlung (zum Vortheil des Nahrungs-Stands) von dem Vorzug der kältern Länder, vor denen heiſſen, bey dem Seidenbau, non ſine argumentorum, queis uſus fuit, ſpecie & robore, ſtatuit, *frigidiores* terras, *calidioribus*, in *bombycum* & *mororum* cultura, omnino præferendas eſſe. Invehitur is quam maxime in præjudicatam illam atque ex Italico & Gallico climate conceptam opinionem, ad parandum a bombycibus ſericum, magno æſtatis calore ſolisque æſtu opus eſſe. Obſervat eum in finem aſperrimos illos *annorum* 1709. & 1740. hyemes moris non tantum damni adtuliſſe, quantum quidem frugiferæ & ſylveſtres arbores expertæ fuerint. Bombyx ſua natura frigidum prorſus animalculum eſt. Prout quilibet ſolo tactu experiri poteſt. Frigus itaque ferre & perferre poteſt. Determinat deinde, tam ſuorum, quam DN. *de* SAVOAGE experimentorum hanc in rem inſtitutorum ope, bombycibus in Germania *decimum octavum Thermometri* DN. *de* REAVMVR *gradum* ſufficere, omniumque optime convenire, arte facilius obtinendum, quam removendum, impediendumque. Cum e contrario gradus ſupra vigeſimum omnes, primus jam & ſecundus, mortem illorum procurent, in Germania tamen non adeo metuendi. Suadet denique ſingulare in bombycum uſum ita conficiendum adornandumque *thermometrum* ut cuilibet illos tractanti, alias quoque ignariſſimo, homini mox in oculos incurrat, num bombyces ſui, convenienti caloris frigorisque gradu gaudeant, nec ne. Hæc hactenus DN. *de* IVSTI. Conf. ZENCKIVS ad BECHERVM *pag.* 1286. ubi: „Oeſterreich, Würtenberg, Hanau, Leipzig, Berlin und viele andere Gegenden unſers Vaterlandes, haben die alte Vorurtheile unterdrückt (utinam!) und nur wenige mit ſehenden Augen blinde hangen denenſelben noch an,„ & *pag.* 1287. 1294. *ſq.* ubi argumentum a *vitium* ad *mororum* culturam admittitur quidem, at inverti non permittitur. Sed illi quoque obviam hic eundum dubio atque præjudicio, inter nos permultos,

tos occupanti, eosque ab hoc instituto deterrenti. Quando nempe parva illa & tenuia initia rident & exagitant, quæ plerumque bombycum & mororum cultura habere solet, sibique persuadent, ad tantam serici copiam, quanta scilicet patriæ nostræ sufficeret, obtinendam, *sæculis* opus esse. Licet vero, quod negari haud potest, tempore, eoque satis longo, opus sit, donec tanta *mororum* adsit copia, quanta tot bombycibus alendis sufficeret, quot illud modo sericum, quo in *Würtembergia* opus est, nere possent: e contrario tamen infinitus pene est numerus, quo bombycum & mororum copia quotannis augeri potest, si debita adhibeatur cura, nihilque prorsus omittatur, quod ad finem istum quam primum obtinendum quidquam facit. Nec putandum, illud modo sericum cum fructu in territorio aliquo texi, quod ibi progignitur, cum ex ejus quoque, quod aliunde adportatur invehiturque *crudum*, magnum redundare possit commodum & emolumentum, a *Cel.* GE. HENRICO ZINCKIO, in denen Anmerckungen und Zusätzen zu D. Joh. Joach. Bechers politischem Discurs von den eigentlichen Ursachen des Auf- und Abnehmens der Städte und Länder, oder gründlichen Anleitung zur Stadt-Wirthschaft und Policey der Teutschen Staaten, (Zelle 8. 1754.) *pag.* 1313. hincque in denen Schwäbischen Nachrichten von Oeconomie- Cameral- und Policey-Sachen, VI. Stück, *Num.* 21. *pag.* 489. (ubi ista *Becheriani Discursus* editio ZINCKIANA recensetur) egregie sic descriptum. „Die Manufacturen aus eigener Seide seyen zwar die vortreflichsten, die Manufacturen aber aus fremder Seide (gesezt, daß auch lauter fremde Seide, wie in Holland, Engelland, und zum theil noch in Franckreich geschehe, verarbeitet würde,) seye dennoch höchst-nötig und nuzlich, weil dabey 1. das activ-Commerce schon angehe, 2. das schädliche und unsichere paßiv-Commerce aber eingeschränckt werde, 3. der rohe Seidenbau bey uns immermehr empor komme, 4. durch das daran verdiente Arbeits-Lohn viel Geld in dem Land erhalten, 5. viele Arbeits-Leute ernähret, mithin 6. die Menge der faulen und dürfftigen, andere belästigenden, Leute vermindert, 7. durch der Arbeitern Zehrung

die Nahrung der übrigen Einwohner befördert, und so 8. die Einkünffte des Staats vermehret, folglich 9. unbeschreiblicher Nuzen geschafft würde; bey welcher Gelegenheit auch von Vertauschung des teutschen Leinwands gegen rohe Italienische Seide gehandelt wird.,, Hæc ipsa momenta, sine dubio rationes fuerunt & *caussæ*, tam *suasoriæ*, quam *justificæ*, eximiorum plane *privilegiorum*, quæ *Serenissimos* nostri ævi DVCES WVRTEMBERGICOS, CAROLVM ALEXANDRVM & CAROLVM, hujusque minorennis *Tutores* æque ac Ducatus *Administratores*, CAROLVM RVDOLPHVM & CAROLVM FRIDERICVM illis concessisse atque elargitos fuisse constat, qui *mororum* plantationem, *bombycum* nutritionem, *serici* productionem, pannorum cujusvis generis bombycinorum texturam, totumque adeo commercium sericarium, contracta quadam societate, auctoritate publica, suis sumtibus periculisque instituere, promovere, inque proprium quidem & privatum, at non tamen invidendum, sed mediate potius in totius Ducatus, emolumentum vergens commodum continuare satagunt. Omnium *primo* id factum, & PRIVILEGIVM illis concessum, typis impressum promulgatumque fuit *anno* 1735. tam deinceps *anno* 1737. confirmatum, quam inprimis *anno* 1739. ulterius extensum. Prouti hæc, *tribus* distinctis vicibus concessa atque confirmata PRIVILEGIA *sericaria*, diebus 15. *Aug.* 1735. 17. *Maji* 1737. & 25. *Junii* 1739. signata, in III. IV. & V. hujusce *opusculi* nostri ADIVNCTO legi propiusque considerari possunt, nova typorum repetitione nihilominus digna, licet totum illud institutum, in aliam devolutum societatem, longe aliam hodie nactum fuerit faciem. Sicut enim in aliis p… multis, ita in hoc quoque *providæ* & *constantis* curæ atque munificentiæ suæ argumento, vigilantissimos indulgentissimosque quantumvis MAIORES suos vicit superavitque CAROLVS, novæ, idem tamen molienti, societati, nova, eademque liberalissima elargitus PRIVILEGIA, die DIVO GEORGIO sacra, *anni* 1750. *propria* EIVS *manu* signata, triginta articulis distincta, observationibus hisce nostris VI. *loco* ADIVNCTA, digna, quæ legantur relegan-

turque

turque, nil nisi gratiam, clementiam, munificentiam, patriæ, commerciorum ejus flore, quam certissime promovendam, salutem & amorem spirantia. Neque hic substitit, sed porro voluit jussitque Serenissimus Princeps, ut omnes noviter exstructæ viæ, plantatis ex utroque latere moris, exornentur, prædiorum, quibus inseruntur, dominis, pleno in posterum jure adscribendis. Dignum pariter est, quod hic totum quoque legatur ADIVNCTVM VII. sive *Generale*, quod vocant, *Rescriptum*, die 23. *Octobris* 1755. signatum, alioque, ad quasvis alias frugiferas arbores (queis tamen & *moros* accensendas esse, jam *anno* 1741. die 11. *Julii* verbis: „Es ist uns mißliebig zu vernehmen gewesen, welchergestalten an vielen Orthen unseres vormundschafftlichen Herzogthums ob denen so vielfältig erlassenen Fürstl. General-Verordnungen wegen Pflanzung fruchtbarer Bäume (worunter Wir auch die zur Seiden-Cultur dienliche weisse Maulbeerbäume verstanden haben wollen) auf denen Allmanden entweder gar nicht oder sehr schlecht gehalten,„ constitutum inter nos atque declaratum fuit) spectante, die 22. *Febr.* 1756. exarato, in ADIVNCTO VIII. apprime confirmatum. Merentur hæc & alia ejusmodi instituta, sapientiam, prudentiam, intimamque veræ politiæ cognitionem *Serenissimi* PRINCIPIS *nostri* probantia, in extraneorum quoque notitiam pervenire, quos plerumque talia adeo fugiunt, ut exempli gratia de toto hocce instituto sericario *Wurtembergico* (cujus tamen statum, qualis jam *anno* 1746. fuit, descripserunt litteræ in denen Leipziger Sammlungen IV. Band, S. 215. *sq.* legendæ) de omni illa, quæ commercii bombycini caussa coiit societate, tot tantisque privilegiis instructa, nihil prorsus commemoraverit supra laudatus AVCTOR der neuen Europäischen Staats- und Reise-Geographie, de universo Circulo Suevico *L. III. Cap. III.* §. 19. *P. III. pag.* 774. hoc unum scribens „daß zu Augspurg der Vertrieb des hieselbst und anderwärts verfertigten Barchends, ingleichem des gedruckten Kattuns, des Bomasins, des italienischen Taffets, Atlas, Sammets, roher und gefärbter Seiden sehr ansehnlich seye, und die Seidenhändler zu Meß-Zeiten von der Augspurger ihrer italienischen

 Sei-

Seidenwaaren grossen Nuzen machen.„ Add. §. 18. *pag.* 767. 768. & laud. §. 19. *pag.* 774. ubi der Ludwigsburger-Seiden-Flor-Manufactur meminit. Excerpsit exinde, quicquid scopo suo œconomico, camerali & politico inserviebat, IO. IAC. MOSERVS in denen Schwäbischen-Nachrichten von Oeconomie ꝛc. ꝛc. Sachen, II. Stück, *Num. IV. pag.* 778. -- 191. III. Stück, *Num. IV. pag.* 262. -- 287. IV. Stück, *Num. IV. pag.* 356. -- 383. V. Stück, *Num. IV. pag.* 437. -- 455. non solum generatim adnotans, quod Sueviæ & Wurtembergiæ instituta politico œconomica, vel si mavis, œconomico politica, aliis tamen omnibus palmam subinde dubiam reddentia, exteris hucusque penitus incognita manserint: vid. Hn. von Hohenthals Oeconomische Nachrichten, *Tomo VI. pag.* 861. *sq.* verum speciatim quoque magnam istius libri, cæteroquin haud spernendi imperfectionem manifeste prodit, variisque ab EO exspectandis scriptis plenius & perfectius quid promittit. Quod enim hodie ubique potissimum tractari, multisque aliis, magis jam tritis, jure meritoque præferri solet, genio & necessitati sæculi optime adcommodatum, quodque novam non modo *scientiam* & *disciplinam*, sed integram potius, in varias rursus partes distinctam *facultatem* (sit venia verbo) in ipsis *academiis* constituat, dignissimum, utriusque, tam *politicæ*, quam *domesticæ*, OECONOMIAE studium: id & *Suevos* atque WVRTEMBERGENSES nostros, absterso velut, nescio quo multis *ægrotare* videbantur, *veterno*, excitare, atque ad similia quævis, communibus & publicis usibus inservientia, omnibus viribus tentanda, scribendaque incitare, tum SELECTA PHYSICO OECONOMICA, oder Sammlungen von allerhand zur Natur-Forschung und Haußhaltungs-Kunst gehörigen Begebenheiten, Erfindungen, Versuchen, Vorschlägen, und darüber gemachten Anmerckungen; samt einer Nachricht von alten und neuen hierzu dienlichen Büchern und Schriften, quorum *Stutgardiæ*, inde ab *anno* 1749. quo edi cœperunt, XVII. fasciculi in 8. prodierunt, (vid. Schwäbisch-Oeconomische Nachrichten, *VI.* Stück, *num.* 24. *pag.* 504. -- 508) v. gr. *Tomo I. pag.* 89. 141. 146. 217. tum die Physicalisch-Oeconomische Real-Zeitung, oder

Wochen-

Wochenschrifft, Stuttgardt, 1755. 1756. 1757. 4. (vid. der Schwäbisch-Oeconomischen Nachrichten V. Stück, *num.* 17. *pag.* 401. -- 406.) evolvatur e. gr. *annus* 1755. *pag.* 143. 155. & 1756. *pag.* 575. tum denique ipsiusmet MOSERI Schwäbische Nachrichten von Oeconomie-Cameral-Policey-Handlungs-Manufactur-Mechanischen- und Bergwercks-Sachen, Stuttgardt 8. 1756. 1757. I. biß X. Stück, cum *ind.* satis superque comprobant.

XXVII.

EST inter *Stutgardiam*, Ducatus nostri metropolin, primamque ejus sedem, & dimidio tantum milliari ab ea distans oppidum, *Canstadium*, Romanorum quondam ad Nicrum stationem, pagus atque vicus, a vicino olim *burgo*, quod RVDOLPHVS Hapsburgicus, expugnata Stutgardia, anno 1287. inter septem alia ejusmodi castella, destruxit, hodienum in vernacula Berg dictus, in quo supra jam laudata, parando texendoque serico intenta societas, magnum aliquod, immo maximum, quod Italis dicitur, FILATORIVM, machinam puta, exstruxit, singulare & id quidem satis altum, externa facie, habituque fenestrarum templo haud absimile, ædificium sibi deposcentem quidem, at incredibilem prorsus arundinum, sive globulorum textoriorum, cannarumve glomeratoriarum multitudinem unius, quam aqua movet, rotæ & pali ope, velut gyrgillo deducentem atque devolventem, permultis suculis, rhombis & harpedonibus constantem, perpaucis modo vectiariis, rarius confusa fila ordinantibus, opus habentem, aspectu & penitiore consideratione longe dignissimam. Aliqualem ejus ideam ac notionem suppeditare potest ænea, quæ in FR. PH. FLORINI *Oeconomo prudente & legali L. VI. Tab. XXXI. num.* 12. ubi Machina oder grosses Spinnrad, im Italienischen Fillatorio genandt, worauf die Seiden einfach und doppelt gedrehet wird, absque omni tamen explicatione, conspicua est figura. Primo unicum modo ejusmodi filatorium, BONONIAE in Italia erat, arcanum ideo quoque habitum, aurei velleris instar

 custo-

custoditum atque non nisi certis, fidis, juramentoque obstrictis personis visum. Persuasum namque habebant & id quidem jure meritoque, *Itali*, tantum bombycinis suis commerciis decessurum fore, quantum reliquorum populorum, tam insignis utilisque machinæ cognitione, *Belgis Batavisque* præsertim mira sollicitudine occultatæ, sit accessurum. Ex quo deinceps autem celeberrimus iste D. IO. IOACHIMVS BECHERVS, *Spirensis*, superiori sæculo in *Austria Bavaria*que opera sericaria manu facienda instituit, nihilque prorsus, quod optasset, de interna *Bononiensis* istius *filatorii* structura rescisсere potuit, is ipse similem prorsus machinam proprio marte adinvenit, pluribus adhuc commodis stipatam, rotis & dentibus destitutam, hincque minus sumtuosam, longius durantem, plusque operis, æque paucorum hominum manibus, præstantem. Quam, *Austria*, in qua ei, nec tamen felicior, B. WILH. *de* SCHROEDERN successit, exul, inque Belgium profugus, Civitati *Harlemensi* obtulit, eum inter cives recipenti, liberaliter remuneranti, ædificio machinam capienti, triginta florenorum millia impendenti, eamque diu non minus, quam *Bononiensis*, occultanti. Attestante hæc omnia amplissime *libro*, cui *titulus:* TRIFOLIVM BECHERIANVM *Hollandicum*, oder der Röm. Kayserl. Majest. Cammer- und Commercien-Raths D. IOH. IOACH. BECHERS drey neue Erfindungen, bestehend in einer Seiden-Wasser-Mühle und Schmelz-Wercke. Zum erstenmal in Holland vorgeschlagen und werckstellig gemacht: mit gründlicher Anweisung, wie es mit denselben Sachen beschaffen ist. Aus der Niederländischen in die Hochteutsche Sprache übersezet. Franckfurt am Mayn in Verlegung Johann David Zeuners, 8. 1679. Amsterdam 4. 1679. Leipzig 12. 1691. Cum quo omnino jungendus tum *politicus* EIVS *discursus* von Ursachen des Auf- und Abnehmens der Städte, Länder und Republiquen, in specie, wie ein Landvolck reich und nahrhafft zu machen, Francofurti ad Mœnum anno 1688. iterum editus, *passim*, tum inprimis quoque *ejusdem* auctoris Närrische Weißheit und weise Narrheit: oder ein hundert so politische als physicalische, mechanische und mercantilische Concepten und Pro-

Propositionen, deren etliche gut gethan, etliche zu nichts worden, (*num.* 12. & 13.) anjezo von neuem heraus gegeben, mit einem Vorbericht an den Leser, darinn erstlich von des Herrn D. Bechers Person, nach ihren Tugenden und Lastern, und dem daraus entstandenen Glück und Unglück; hernach von seinen Schrifften sowol insgemein, als auch von gegenwärtigem Tractat insonderheit gehandelt wird von I. F. R. P. P. & S. I. A. P. P. H. 12. 1686. und 1706. Hujus autem viri, utilissimi istius *filatorii*, in Belgio & Germania, inventoris atque auctoris, singularibus prorsus, maxime sinistris, fatis æque ac scriptis, philologicis, mathematicis, physicis, medicis, chymicis, cameralibus, politicis, juridicis, ethicis & theologicis, longe clarissimi, *vitam*, præcipue in ordine ad præsens hoc *institutum*, amplissime exposuerunt GEORGIVS PASCHIVS in editione *inventorum nov-antiquorum* secunda, *Lipsiensi* de *anno* 1710. *pag.* 117. *sq. pag.* 638. & *pag.* 698. nec non *pag.* 780. & in schediasmate *de curiosis superioris sæculi inventis, Cap. VII.* §. 8. *pag.* 206. §. 10. *pag.* 233. §. 20. *pag.* 301. WITTE, in *Diar. Biogr.* (*Rigæ*, 4. 1691. editi) *Tomo II. pag.* 136. *sq.* HENR. CHRISTIANVS HENNINIVS in *annotat. ad* IAC. TOLLII *Itinerarium*, 4. *Amstel.* 1700. *pag.* 231. *sq.* Hanov. Monathl. Außzug, *Anno* 1701. *M. Febr. pag.* 42. & *M. Jun. pag.* 86. WILH. ERN. TENZELIVS, in denen monathlichen Unterredungen auf das Jahr 1692. *pag.* 836. IOACH. FRID. FELLERVS, in *Otio Hanoverano*, sive miscellaneis ex ore & schedis illustris viri piæ memoriæ GODOFR. GVIL. LEIBNITII, 8. *Lips.* 1718. *pag.* 230. 231. IVL. BERN. *de* ROHR in der Haußhaltungs-Bibliothec, 8. Leipzig 1716. *pag.* 73. & 108. *sq.* ZACH. CONR. *de* VFFENBACH merckwürdiger Reysen III. Theil, S. 210. GE. HENR. ZINCK in der Vorrede zu seiner Außgabe des politischen Discurs, 4. 1754. und in denen Leipziger Sammlungen, XIX. Stück, *Num. V.* II. Band, *pag.* 657. -- 670. XX. Stück, *Num. I. pag.* 673 - 708. & IO. IAC. MOSERVS in denen Schwäbischen Nachrichten von Oeconomischen 2c. 2c. Sachen, VI. Stück, *Num.* 21. *pag.* 483 *sq.* Similis fere *machina* in ACTIS *Vratislaviensibus*, ad *annum* 1723. mense *Jan. Class. V. Artic.* 4. *pag.* 122.

iterum-

iterumque alia, *fericis* potius, quam *linteis* modo *filis*, destinata ad *annum* 1725. M. *Dec. Claff. V. Art.* 3. *pag.* 688. *fq.* occurrit, quarum hæc posterior, e litteris *Londinenfibus*, ita describitur. Neue Seiden-*Machine*, und *Supplement* zu *Mr. Thwaits* Wollen-Spinnerey-*Machine*. „Aus London schrieb man den 10. Dec. Man hat von Derby eine Beschreibung der von Mr. Thomas und Mr. Joh. Lombe daselbst neu-erfundenen Machine, zu Verarbeitung der feinen Organsin-Seide aus Italien, wodurch ein Mägdlein von 11. Jahren so viel Arbeit verrichten kan, als sonst 33. Personen thun können. Es bestehet diese Machine aus 26556. (im Clef du Cabinet Fevr. p. 91. heißt es 26585.) Rädern, und aus 97746. Treibwerken, welche bey jedem Umgange eines Wasser-Rades, das doch 3. mal in einer Minute geschehe, 73728. Ruten oder Faden Seide würckten; so in einem Tage und in einer Nacht 318. Millionen und 504960. Stäbe oder Faden ausmache. Ein einziges Wasser-Rad mache, daß alle die übrigen Räder und Treibwercke giengen; es könte auch eines davon, welches man wollte, stehen bleiben, ohne daß andere dadurch im Gehen gehindert würden. Eine blosse Feuer-Pumpe bringe die warme Lufft zu allen Theilen der Machine; und nicht mehr als eine einzige Person regiere das ganze Werck, und, wie gedacht, verrichte ein Mägdlein von 11. Jahren die Arbeit, wozu sonst 33. Personen erfordert würden. Doch man schrieb hierauf ferner von London: So kunstreich diese Erfindung ist, und so viel Nuzen sie denen Erfindern bringen möchte, so schädlich ist selbige dem Publico, wie die Erfahrung anderer dieser nicht ungleichen Erfindungen, als an Webstülen, Band-Mühlen &c. gelehret hat, indem viel 100. Menschen dadurch um ihr Brod, und endlich in den Bettelstab gebracht werden.„ Quod posterius, in speciem admodum contrarium & adversum argumentum, pluribus, politice & juridice, in utramque partem, expendit ipsemet BECHERVS, in singulari *ventilatione & confultatione*, *num induftria quadam manufacturæ fabricari bona confcientia*, & *citra læfionem boni publici poffint*, *ita*, *ut unus homo tantum*, *quantum multi alii*, *elaborare poffit*; *adducuntur exempla & controverfiæ circa molendina*, *quibus* tibialia & fasciæ *texuntur*, & *de*

de quarum causa & introductione in Imperio litigatur, in vernacula *Francofurti* 4. *anno* 1679. vel 1680. edita. In Franckreich hatte vor nicht gar langer Zeit (ut in der Nachricht von den Fabriken und Manufacturen in Franckreich und den daraus entstehenden Vortheilen, in des Hamburgischen Magazins IV. Bandes, II. Stück, Hamburg 8. 1749. S. 218. legitur) der Herr *le* Blon ein besonderes neues Webergestelle erfunden; wenn dasselbe einmahl aufgestellet ist, so ist der geringste und gröbste Weber im Stande, alles, was ihm vorgeschildert ist, wenn er gleich kein zeichnen oder schildern verstehet, ja, wenn er auch so gar dasjenige, was ihm vorgeleget worden, nicht einmahl recht kennet, zu verfertigen; auf welche Weise ein Stück Tapeten-Arbeit in Zeit von 1. oder 2. Monath fertig gemacht werden kan, dahingegen das von der ersten Arbeit zuweilen einige Jahre auf dem Gestelle bleibet." Pergit deinde, qui hoc quoque adduxerat, SCHREBERVS, *pag*. 205. Besonders gehören hieher die Bandmühlen. Dergleichen hat man schon zu Ludewigs des Grossen Zeiten in Franckreich gehabt; und Harlem hat sich derselben schon lange mit grossem Nutzen bedienet. Insonderheit aber haben die Handelsleute, Escher in Zürch, ein dergleichen sehr grosses Werck, welches von einem Wasserrade getrieben wird, und nebst noch einem in Italien das einzige in seiner Art seyn soll. Zu diesem sind auch einigermassen zu rechnen die kleinen, aber sehr bequemen und vortheilhafften holländischen und schweizerischen Band-Maschinen, dergleichen allhier (zu Halle) bey dem Manufacturier Herrn Biechling, zu sehen sind." Hæc verba *Schreberiana* ideo adducere, hocque loco repetere placuit, quia non minus *Stutgardiæ* & Canstadii, similes, majores & minores machinæ (Bandmühlen, Bandstühle) reperiuntur, quibus citra omnem artem, vel texendi peritiam, a quolibet, brevissimo temporis spatio, permultæ fasciarum sericarum ulnæ texi possunt atque a curiosis solent. Varia, quæ circa tales singulares &, dum recens inventæ vel in aliquo loco cognitæ sunt, *arcanas* plerumque machinas, hincque oriundas artes, exoriri locumque sortiri possunt, quorumcunque *jurium* capita, ad unum omnia non solide modo & eleganter tractavit, verum penitus ex-

hausit, otiumque mihi fecit longe gratissimum, quem honoris & amoris causa nomino, *celeberrimus* CHRISTIANVS FERDINANDVS HARPPRECHTVS, adfinis & collega meus longe æstumatissimus, in *Diss. de jure Principis circa artes subditorum singulares & arcanas*, *occasione L.* 31. *pr. de pœnis*, *anno* 1753. edita, permulta utilissima hanc in rem argumenta continente. Dubium quidem hac occasione videri posset, quorsum proprie τό sericum parare atque tractare pertineat? an ad opificia artesque mechanicas, an vero ad artes & scientias, liberales forsan, referendum sit illud? *Medium* hic quoque non solum *tutissimum*, sed & *certissimum verissimumque* erit. Hoc enim jureconsultus ego scio firmiterque teneo, vilibus, infimis, sellulariis, fœtidisque plane artibus, sericarias omnis generis artes, haud quaquam accensendas esse, omnem potius commerciorum, totiusque mercaturæ favorem atque honorem promerentes. Conf. præter *Discursus Becheriani P. II. Cap.* 4. FRID. GOTTL. STRVVII *systema jurisprudentiæ opificiariæ*, e scriptis schedisque ADRIANI BEYERI, auctoris in hoc argumento vere classici, consarcinatum & *Lemgoviæ anno* 1738. fol. editum, *L. I. Cap. I.* §. 18. *Tomo III. pag.* 9. Hoc tamen ipsum non impedit, quo minus tales inquilini, qui vel bombyces mori foliis alunt, vel sericum inde parant præparantque, vel hoc ipsum quoque variis machinis *filatoriis*ve texunt, *reticulatores* e. gr. etiam sericariorum tibialium, tum propter metuendum, qui negari penitus haud potest, fœtorem, Arg. L. 2. §. 29. *ne quid in loco publ.* & L. 8. §. 6. *si servitus vindicetur*, tum inprimis quoque propter magnum, quem hisce edunt, strepitum, Arg. *Avth. Habita Cod. ne filius pro patre*, & *L. un. Cod. de stud. liberal. urbis Romæ.* a vicinis, vel easdem plane ædes incolentibus quibuscunque litteratis, Advocatis, Licentiatis, Doctoribus, Professoribus, Consiliariis, propter notissimum istud litteratorum privilegium, consuetudine tamen & praxi potissimum subnixum, si non, ubi quidem primi adfuerunt, expelli, at tamen, cum de novo admitti, vicinisque litteratorum habitationibus, vel *emere*, vel *conducere* velint ædes, arceri, im-

impediri, prohiberi queant. Quem in finem, non ad generalia modo, pluribusque ejusmodi fœtorem ſtrepitumque facientibus artibus, *communia* argumenta provocabo, plena manu congeſta, a CHRISTIANO THOMASIO in den ernſthafften Gedancken über allerhand Juridiſche Händel, *P. III. Cap.* 17. IO. BALTHAS. FABRO in *Diſp. de eo, quod juſtum eſt, circa fabros, inprimis ferrarios, Lipſ.* 1727. HENRICO LINCKIO in *Diſſ. de jure litteratorum, contra vicinos ſtrepiferos, aliosque ſtudia impedientes, Alt.* 1680. SAM. STRYKIO in *Diſſ. de jure ſenſuum, V. Cap.* 3. & inprimis venerando Ordinis noſtri Seniore, WOLFGANG ADAM SCHOEPPFIO, Patrono & Collega meo colendiſſimo, in *Vol. VIII. Conſiliorum Facultatis Tubingenſis, Cons. XI. num.* 25. *ſqq.* & *XXIII. pag.* 77. *ſqq.* & 163. *ſqq.* ſed elegans potius, hucque apprime pertinens, *præjudicium*, cui modo laudatus *anteſignanus* noſter *num.* 18. *pag.* 166. ſuum quoque calculum addidit, cum B. L. communicabo. Refert illud IAC. MENOCHIVS, in *L. de arbitrariis judicum quæſtionibus & cauſis II. Caſu CCXXXVII. num.* 32. „*is ergo* Ripa *ſentit ſcholaſticum hunc ita demum poſſe fabrum expellere, ſi ſtudiis operam det, ut ad Doctoratum perveniat.* Decium *quoque &* Jaſonem *eſt ſecutus* Alciatus *in* L. 58. ſoluto matrimonio; *atque ita vidi aliquando* Papiæ *hac de re controverſiam, cum quidam ſcholaſticus Papienſis, expellere vellet artificem ſericum, qui (ut illi appellant)* FILATORIVM SERICVM, *cujus magno ſtrepitu ſcholaſticus impediebatur, habebat. Inter cætera ſcholaſtico fuit objectum, quod cavere debebat de damnis & impenſis ipſi artifici, ſi contingeret ipſum ſcholaſticum non proficere & ad Doctoratum non pervenire. Ego ſemper credidi male petitam fuiſſe cautionem illam, cum hoc in caſu neceſſe non ſit, certo ſcholaſticum ad Doctoratum perventurum eſſe.* „

XXVIII.

POSSEM nunc & vellem quoque, miſcellaneis hiſce, quæ citra culpam meam, nimis diu ſub prelo ſudarunt, colophonem imponere, niſi de MORIS, quarum ejus frons æque ac

bombycum & *ſerici* mentionem fecit, nonnulla ſupereſſent dicenda. Dicuntur *illæ* in WAECHTERIANA *Diſſertatione Cap. XII. pag.* 30. *priſcis Latii auctoribus* incognitæ. De cujus adſerti veritate equidem jam tum valde dubitavi, quum illam manu ſcriptam prima vice perlegerem. Memoratur ſane *mori arbor*, non tam a *morando*, quam potius a græcorum *nigro*, (μαυρὸν) ideo, quod *nigros* proferat *fructus*, ſic dicta, C. C. PLINIO S. in L. *Hiſt. Nat.* XV. *Cap.* 18. *pag.* 270. ſecundum quem illa, *noviſſima urbanarum*, *nec niſi exacto frigore germinat*, (*& cum primis folia dimittit*, *Cap.* 22. *pag.* 271.) *ob id dicta ſapientiſſima arborum. Sed* cum *cœpit*, pergit ibi more ſuo, *in tantum univerſa germinatio erumpit*, *ut una nocte peragat etiam cum ſtrepitu.*„ *L. XVI. Cap.* 25. *pag.* 272. Unde is *Cap.* 27. *pag.* 332. ſcribit: „*Cum germinare videris morum, injuriam poſtea frigoris timere nolito.*„ EIDEM contra *morus*, *fructibus minime laborans*, *tardiſſime ſeneſcere* & *vetuſtate plane nigreſcere* dicitur in *L. XVI. Cap.* 28. *pag.* 274. & *Cap.* 40. *pag.* 282. P. VERGILIVS MARO, *Mantuanus*, Latinorum Poëtarum Phœnix, qui A. V. C. 735. vivere deſiit, in *Bucolicorum ecloga VI.* ✝. 21. *ſq.*

Aegle Najadum pulcherrima: jamque videnti
Sanguineis frontem *moris*, & tempora pingit.
Ille dolum ridens: Quo vincula nectit is? inquit (SILENVS)
Solvite me pueri, ſatis eſt potuiſſe videri.

Q. HORATIVS FLACCVS, *Venuſinus*, Liricorum Princeps, A. V. C. 688. defunctus, *L. Sermonum II. Sat. III.* ✝. 21. *ſq.*

\- - - - - - Ille ſalubreis
Aeſtates peraget, qui *nigris* prandia *moris*
Finiet, ante gravem quæ legerit arbore ſolem.

P. OVIDIVS NASO, *Sulmonenſis*, Poëta & fabularum architectus ingenioſiſſimus, qui A. C. 27. deceſſit, in *L. Metamorph. IIII.* ✝. 165.

Nam color in pomo eſt, ubi permaturuit, ater.

Conf.

Conf. TVRNEBVS, in *Advers. L. I. Cap.* 24. NONNIVS, *de re cibaria*, *L. I. Cap.* 30. & BVLENGERVS, *de Conviv. L. II. Cap.* 39. Occurrunt quidem alia etiam mora, ſed ab his callo potiſſimum diverſa, quæ OVIDIVS in *L. Metaph. I.* ℣. 105. *in duris rubetis hærere*, & L. IVN. MODERATVS COLVMELLA, *Gaditanus*, in *L. V. Cap.* 10. *in rubis eſſe* dixit, *bellaria* ſcilicet, perquam adſtringentia. Ne vero quis inter *albas* & *nigras* MOROS diſtinguat, hoc unum moneo, non frugum, ſed corticis, trunci, foliorumque colorem *eas* in *albas* & *nigras* diſtinguere. NIGRAE ſunt hortenſes, *albis*que multo delicatiores. ALBAE vero *naturales*, ſive *ſylveſtres* ſunt, quas proinde Romani, cognitis *illis*, ignorare haud potuerunt, non *albas* modo, ſed & *rubras nigras*que ſubinde *baccas* proferentes. Teſtem habeo omni exceptione majorem, GE. puta HENR. ZINCKIVM, ad BECHERI *Diſcurſum pag.* 1295. ſic commentantem: „Sie heiſſen weiß, nicht ſowohl von der Farbe der Frucht, als vielmehr, weil die Schale des Baumes viel weißlicher als bey denen ſchwarzen und zärtlichen längſt bekandten Garten-Maulbeerbäumen iſt. Es iſt im Gegenſaz dieſes Garten-Baums ein wilder und viel härterer Baum, ob es gleich in China noch einen anderen und eigentlichen wilden Maulbeerbaum gibt, der aber nicht ſo ſehr und auch nicht auf gleiche Weiſe zum Seidenbau daſelbſt gebraucht wird. Unſer Baum hat ein zärter und hellgrüner Laub, jedoch vornehmlich von zweyerley Geſtalt, und trägt weiſſe, gelbe und rothe, ja auch wohl ſchwarze Beeren, die eben nicht ſo gut ſchmecken, als die Beere von unſern Garten-Maulbeerbäum. Ich erinnere dieſes mit Fleiß, weil ich immer noch Leute finde, die ſich mit Einwürffen gegen den Maulbeerbaum-Bau, zur Seide ſchleppen, ſo ſie von der zärtlichen Dauer des zarten Maulbeerbaums hernehmen. Dieſer weiſſe Maulbeerbaum iſt hart, und erfriert nicht leichter als ein Eichbaum, daher er jezo in Schweden und Dännenmarck ja Norwegen häufig und gut gepflanzet wird, welche Länder doch viel kälter als die teutſchen ſind„ Eundem in modum de *albis moris* diſſeruit, earumque laudem & præ nigris præferentiam ampliſſime expoſuit MARTINVS TRIEWALD in der dritten Fortſezung von der Erzeugung roher

Seide in Schweden, in königl. Schwedischer Akademie der Wissenschafften zu Stockholm Abhandlungen aus der Naturlehre, Haushaltungskunst und Mechanik, auf das Jahr 1745. von Abraham Gotthelff Kästner aus dem Schwedischen übersezet, 8. Hamburg 1752. *Num. X.* §. 2. 3. *pag.* 194. 195. „Beyderley Maulbeerbäume-Blätter dienen zur Nahrung des Seidenwurms, und die Materie zur Seide befindet sich in ihnen. Aber des weissen Maulbeerbaumes Laub schmecket nicht nur den Würmen besser vornehmlich von der Zeit an, da sie auskriechen, biß sie ihre Verwandlung durchgegangen haben, sondern die Seide bekömmt auch bessern Glanz. Es schadet aber auch den Würmern und der Seide nichts, wenn man am Ende, da sie, so zu reden, unersättlich werden, es mit unter dem Laube von schwarzem Maulbeerbaume vermenget, der schon seiner herrlichen Frucht wegen, allein gepflanzet zu werden verdiente. Weil die weissen Maulbeerbäume zu Erzeugung der Seide dienlicher sind, vornehmlich, wann man auf alle Art zu verhindern sucht, daß sie nicht Früchte ohne häuffiges Laub tragen, worinnen sie selbst vor den schwarzen einen Vorzug haben, wie sie auch zweytens ihr Laub eher, als die schwarzen, ja oft 15. biß 20. Tage vor denselben, im Frühjahre austreiben, worauf bey Erzeugung der Seide sehr viel ankömmt, weil man solchergestalt die Würmer zu rechter Zeit im Frühjahre kan auskriechen lassen, daß sie alle ihre Arbeit verrichten können, ehe die starcke Wärme in den Hundstägen einfällt. 3. Die Seide, welche die Würmer spinnen, die man mit weissem Laube gefüttert hat, ist viel feiner, und gilt mehr, als diejenige, welche von den schwarzen Maulbeerblättern kömmt. 4. Die weissen Maulbeerbäume wachsen vielmal geschwinder, als die schwarzen, nehmen auch keinen Schaden, wenn man gleich die Aeste abschneidet, und das Laub abpflücket, sondern wachsen und treiben vielmehr besser davon. 5. Sie kommen auch in ganz magerm und geringem Erdreich fort, damit andere Bäume nicht so wohl zufrieden wären. 6. Die Zeit ihres Wachsthums und ihrer Dauer ist fast ohne Ende, ihre Stämme und Aeste werden so hoch und so dicke, als die von Eichen und Ulmen, sie erreichen auch das Alter der Eichen, und so bald die alten Aeste abgehauen werden, treiben

neue

neue an deren Stelle, wie an der Weide, und wachsen vollkommen so gut, als jene. 7. Habe ich vollkommen versucht, daß die Wurzel des weissen Maulbeerbaums niemahls von der grausamsten Winterkälte, oder dem schwersten Frühlinge, den wir nur haben können, hier in Schweden beschädigt wird, welches ich mit so vieler Sicherheit von den schwarzen Maulbeerbäumen nicht sagen kann. Keine Art von Bäumen ist leichter fortzupflanzen, als eben der weisse Maulbeerbaum. Man kann nicht allein aus dem Saamen Millionen junge Bäume erhalten, sondern auch von der Krone oder der Wurzel eines einzigen Baumes, etliche tausend junger Bäume mit leichter Mühe und in ganz kurzer Zeit erziehen.„ Nec, qui supra, *Sect. XVIII. sq. pag.* 35. *sq.* multa adcuratione producta, PROCOPII, THEOPHANIS & ZONARAE verba inspexit ipse, TRIBBECHOVIO vel COLERO, in *Diss. de bombyce, Cap. III. pag.* 12. fidem habebit asserentibus: „*mori foliis duos monachos bombycem ex India Byzantium attulisse*, hoc ipso nomine ad *istos* provocantibus, monachos non nisi serum *ova* attulisse, hæc in *vermes* transformasse & hos deinceps *mori* foliis (quæ proin habuisse necesse est & quidem *succi* adhuc *plena*) aluisse perhibentes, nec vero *&* bombycis *&* mori semen ex India tum demum adportasse memorantes. vid. supra *pag.* 38. Nec vero simile est, Romanos, qui tot in Africa, Græcia, Asia minore & Syria partis victoriis, omnis generis *mala* conquisiverunt, Italiæque suæ intulerunt, velut *Epirotica*, (sive orbiculata) *Persica*, *Punica* & *Medica*, de quibus ex *nummis* & priscis autoribus EZECHIEL SPANHEMIUS in *Diss. de præstantia & usu numismatum antiquorum VI. Cap. IV.* & *V. pag.* 233. & *sqq. Magnesia* vel *Castanea*, (Hamburgisches Magazin VI. Band, V. Stück, II. Articul, S. 521.) *Assyrica*, *Granata*, *Pelusiana*, *Cretensia*, sive cotonea & *Sydonia*, *Armeniaca*, conf. præter PLINIUM, COLUMELLA, *L. XII. Cap.* 45. *num.* 5. VARRO, *L. I. Cap.* 59. & MACROBIUS, *L. III. Cap.* 19. *pag.* mihi 286. eaque subinde ab Imperatoribus, qui ista primi intulerunt, v. gr. *Manliana*, *Claudiana*, *Pompejana*, *Tiberiana*, nuncuparunt, qui denique MOROS *nigras* quam certissime habuerunt; *albas* penitus ignorasse,

rasse, NERONIS tempore jam triginta diversas, tam prunorum, quam ficuum species numerantes. Quod vero hujus præcise *albæ mori* FOLIA, totam fere arboris utilitatem continentia, intellexerit NERVA apud VLPIANVM in *L.* 12. §. 1. *de usu & habitatione:* ubi: „ *Idem* NERVA, *& adjicit, stramentis etiam usurum, sed neque* foliis, *neque oleo, neque frumento, neque frugibus usurum.* „ nulla specie contendi potest. Quamvis enim ego pariter quoque, *foliis*, non vero, vel *oleis*, vel *doliis*, vel *epholiis*, (sive uvis) ibi legendum esse censeam, nec multis probatæ GVILIELMI FORNERII sententiæ, in *L. Selectionum II. Cap.* 2. *pag.* 47. *thesauri* OTTONIANI *Tomo II. unguenta* e foliis parata, maximi pretii, ideoque *foliata* dicta, intelligentis subscribam: vel ideo tamen ad morum præcise confugere & NERVAE verba ad hujus modo arboris *folia* restringere necesse haud est, quia jam apud veteres *Romanos*, foliorum frondiumque usum œconomicum, varium atque multiplicem fuisse, istaque pastui pecorum, boum præsertim & equorum, æstivo vel hiberno, ordinario vel extraordinario, inserviisse, variis auctorum testimoniis comprobavit B. EV. OTTO in præfatione laudati *Tomi II. Thesauri juris Romani*, *pag.* 14. Quid, quod recte HIC observat monetque, bombycum usum, demum Iustiniani ætate, ex India in Europam invectum fuisse. Hinc enim recte concluditur, NERVAE & VLPIANI tempore hanc, ut bombyces inde nutriantur, utilitatem, Romanis, *mori folia* nondum præstare potuisse. Licet tales mori arbores nihilominus, diu ante bombyces, habere potuerint. Non solus vero laudatus modo OTTO, sed &, qui eum bona fide secutus fuit, B. IO. GOTTL. HEINECCIVS ad BRISSONIVM *de V. S.* verbo: *folium*, *pag.* 494. sententiam istam VDALRICO ZASIO, ICTO ineuntis sæculi, supra decimum, sexti, Austriaco, adfingit, eamque in illo partim laudat, partim reprehendit. Mirabar hoc ipsum, cogitans & mecum perpendens, ZASIO, pro ætate & regione sua, *bombyces* vix ac ne vix quidem cognitos esse potuisse. Ubi itaque eum cupidus evolvi, is me hisce verbis ad GLOSSAM ablegavit: „ *Nota usuarium* FOLIIS, *in*

quibus

quibus utilitas est, uti non posse: gl. dat exemplum de eorum utilitate puta, cum vermes foliis arrosis, ad sericum eviscerantur in l. plenum §. idem Nerva, infra eod. contrariumque plane docuit, subjungens: *quæ est vanitas.* Pergit potius: „ *Vnde* PLINIVS *Lib. XVI. cap. XXV. foliorum utilitatem docet: quia in quibusdam partibus ex anteriori parte folii lana colligitur, & in oriente funes validos fieri tradit. Porro allegat Catonem, qui dicit pecoribus querna folia subministrari & bobus ficulnea, & iligna.*„ En ZASIVM! præstantissimum sane Iureconsultum, id ipsum docere, quod tamen contra ipsum docuit OTTO, qui eum non magis ac ipse quidem HEINECCIVS evolvit. Vid. ZASII *paratitla in primam Digestorum partem, Basileæ,* sub signo palmæ *anno* 1539. edita, ad *tit. de usu & habitatione VII. L. VIII. p.* 200. *lin.* 19.-25. Nec GLOSSA aliud quid, in meo saltem *Corpore juris civilis glossato, Lugdunensi,* de *anno* 1557. ad dictam L. ejusque vocem *foliis, nota x*) *pag.* 411. quam hoc habet „ *Ad vermes, qui pariunt sericum.* Io. *vel pro bobus vel pro vaccis, vel pro myrtis herba, unde fit tinctura cerdonum, unde tingunt corium.*„ Quicquid vero hujus rei sit, hoc tamen in gratiam cultorum juris Romani ex hac ipsa *L.* 12. §. 1. *de usu & habitatione* observandum, nec hodie *usuarium* prædii, in quo *mori* stant, utilitatem ex earundem foliis, bombycum nutritione capiendam, *proprietario* jure præripere posse, sed huic potius relinquere debere. Quod superest, jam Romanos *moros* habuisse hinc etiam colligo, quia pleræque arbores frugiferæ a Romanis ad Gallos, ex Italia in Galliam pervenerunt; vid. DN. *de la* MARE dans *son Traité de Police, Paris.* 1720. *L. III. pag.* 363. & scriptum de origine frugum, dans le *Journal Helvetique, Sept.* 1738. *p.* 181. & in dem Hamburgischen Magazin, *IV.* Band, *V.* Stück, *II.* Art. S. 500. und 514. talesque mori arbores (sive moros, mororios) jam sæculo octavo in *hortis* suis *palatinis* habuit CAROLVS M. Cujus rei probationem desumere mihi licet ex *Capitulari* ejus regio DE VILLIS suis inscripto ejusque *capite* (quod *ultimum* est) *LXX.* ubi: „ *De arboribus volumus, quod in horto hortulanus habeat*

pomarios diversi generis,	*avellanarios*,
prunarios diversos,	*amandalarios*,
sorbarios,	*morarios*,
mespilarios,	*lauros*,
pirarios diversos,	*pinos*,
castanearios,	*ficus*,
persicarios diversi generis,	*nucarios*,
coloniarios,	*ceresarios*.

Apud STEPH. BALVZIVM in *Collectione Capitularium*, apud PETRVM GEORGISCH in *Corpore juris Germanici antiquo*, præfante HEINECCIO, *Halæ*, *anno* 1738. edito, *pag.* 618. 619. & 620. nec non apud DANIEL GODOFREDVM SCHREBERVM in der zweyten weit vermehrten und veränderten Auflage der Abhandlung von Cammergütern und Einkünften, deren Verpachtung und Administration, Leipzig 4. 1754. Seite 124. und 134. Arborem autem *mororium* per hodiernam nostram morum explicare nihilominus audeo, licet utramque hanc arborem *morum* & *mororium* penitus tacuerit CAROLVS *du* FRESNE, in suo *mediæ* & *infimæ latinitatis* lexico. Probat hanc explicationem satis superque reliquarum denominationum analogia. Interim tamen hoc non ita intellectum velim, ac si jam CAROLI M. ævo, *mori*, præsertim *albæ*, hoc fine plantatæ fuerint, ut *bombyces* inde ali, *sericum*que ab his obtineri potuerit. Quamvis enim CAROLVS ille M. *serico*, in vestitu suo, sed EGINHARDO in *vita* ejus, *Cap. XXIII.* (ubi: *deinde tunicam*, *quæ limbo serico ambiebatur*) teste, admodum parce usus fuerit, peregrino scilicet atque ex alio terrarum orbe advecto: *mori* tamen in gratiam *bombycis* plantationem, ne sequiori quidem OTTONIS IV. ævo, sæculo puta, supra *decimum*, *tertio*, in Anglia, Italia, Gallia & Germania, nondum solemnem fuisse, ex illa *narratione* satis superque adparere puto, quam M. GERVASIVS TILBERIENSIS, *Anglus* natione, diu in *Italia* versatus, Regni Arelatensis, *Galliam* inter atque *Germaniam* medii, Archi-Mareschallus, in OTIIS suis IMPERIALIBVS, sive *libello*, quod ipse scribit, *per tres decisiones distincto*, *in quo totius orbis descriptio saltem in summa contineretur*,

tineretur, eaque legerentur, quæ *mirabilia*, quæque tanquam incognita & insolita, OTTONIS, cui illam inscripserat, *aures* delectare possent, *Dec. III. Cap. LVI.* apud G. G. LEIBNIZIUM in *Script. Brunsvic. Tomo I. pag.* 978. ita instituit, ut vix credibile sit, eum ullum umquam *bombycem* vidisse, qui tamen alia, tanquam testis oculatus narravit, quæ hodie

Non sani esse hominis, non sanus juret Orestes.

Prout de hoc GERVASIO ex instituto egi, in alio quodam, una cum hoc ipso, prelo liberando, OPVSCVLO, cui *titulus: Judicia eruditorum & Opuscula historicorum de Henrici VI. Imp. A. conatu Regnum & Imp. R. G. genti suæ hereditarium reddendi*, ejus potissimum fide & auctoritate hactenus credito, *Sect. V. pag.* 17. - 38. Ita vero ille: LVI. *De Serico, unde & qualiter prodeat. Nunc annectamus de natura bombycis, quæ non minus erit admiranda. Est enim a sui principio quasi semen sinapis minutissimum, cumque tempus advenit, panniculo inclusum coactum illud semen in sinu dominarum ac virginum tenetur: beneficio caloris vivificatum foliis mori supponitur, & super tabulam vermiculi extensi, nutrimento foliorum mori, in brevi crescunt ad grossorum vermium quantitatem. Quid plura, cum tempus operandi advenerit, globo serico, continuantes jejunium, sericum ex se conficiunt, & post pauca tempora adinstar papilionum alati, in aëris libertatem jam recipiendi, globum penetrant, quem fecerunt, & dum avolare parant, compressis masculi fœminis miscentur, qui tamdiu caudatim copulati in suæ libidinis æstu sine omni cibo vivunt, donec exspirent, & sic fœmina semen exserit cum morte. Projectis ergo parentum bustis, grana generationis colliguntur & in thecis reposita in vere eo, quo præmisimus, ordine vivificantur. Color autem serici nativus croceus est, & cum decoquitur, albissimum recipit candorem, facile cujusvis coloris susceptibilem per adoptionem.*„ Quem ad modum autem, mollia mori albæ folia, solius bombycis, nec vero ullius alias insecti; ita quoque sola illa vermis hujus sericarii, alimenta sunt. Quæ enim VIDA, VOSSIVS, SCALIGER, BELLONIVS, MALPIGHIVS, aliique, de foliis frondibusque, *ulmi, lactucæ, urticæ, rubi, ficulnis, lauri, vitis* & *rusci*, idem præstantibus, tradiderunt, ea vel

 sub-

subleſtæ fidei, vel extremæ neceſſitatis, ſicque comparata ſunt omnia, ut ſi quoque *bombyces* ſic forſan conſerventur ſuſtententurque, nullum tamen verum, probum & genuinum, ſed multo ignobilius quoddam, inter nos certe, ab illis producatur *ſericum*. Nova nuper quidem experimenta inſtituit, bombycesque, quod in denen Göttingiſchen Policey-Amts-Nachrichten, 1757. ipſe tradidit, *hedera terreſtri*, ſive *calamintha humiliore*, in vernacula Guntermann vel Guntelreben dicta, in hosce, æque ac in medicos uſus, *Majo* & *Junio*, menſibus, magna ubique copia, circa ſepes & hortorum parietes, colligenda, herba vere balſamica, alere tentavit DN. *de* IVSTI. Quonam autem ſucceſſu, dies docebit. Quo major itaque mororum neceſſitas ibi eſt, ubi bombyces educantur, eo magis etiam de mororum *ſemine*, quod *vendi* poteſt & *emi* ſolet, deque earumdem *ſeminariis*, Pflantz-Schulen, Baum-Schulen, laborandum eſt. Augent namque mori, ſemel plantatæ, ſive *ſtantes*, & inſigniter quidem augent, fundi, tam conducendi mercedem, quam emendi pretium. *L.* 12. *Arborum furtim cæſarum.* Ejus namque *partes* ſunt, *L.* 17. *pr. de Act. Emti*, *L.* 7. §. 13. & *L.* 26. §. 2. *de Adq. rerum Dominio*, *L.* 53. *de Rei vind.* & *portiones*, vel, ſi mavis, *acceſſiones*. Immo non *fundi* modo, ſed ipſius etiam *villæ*, inter cujus maximas utilitates & præcipua ornamenta, VARRO *L. III. Cap.* 3. 12. & 13. & COLVMELLA, *L. IX. Cap.* 1. loca arboribus obſita retulit imo etiam domus. *L.* 91. §. 5. *de Legatis* 3. Quid quod dantur fundi, prædia & *villæ*, quæ ab emtoribus ſubinde ſola contemplatione arborum comparantur, ita ut ſi arbores vento dejectæ, vel igne, etiam ante venditionem abſumptæ ſint, fundi emtio non recte contracta videatur PAPINIANO, in *L.* 58. *de Contrahenda emtione.* Adde *L.* 34. *pr.* eodem, *L.* 33. *de Ædilitio Edicto*, & *L.* 40. *de Act. Emti.* Sunt igitur agri, non ſolum *utilitatis* & fructus, ſed maxime (ut cum PAVLLO in *L.* 16. §. 1. *Quod vi aut clam* & cum VLPIANO in *L.* 13. §. 4. *de uſufructu* loquar) *amœnitatis* cauſa, arboribus, & ſingulatim *moris* quoque ita conſerendi, ut *annoſis*, novæ ſemper adjungantur & velut *cuſtodes* in ſubſidium dentur. COLVMELLAE

enim

enim *custos* dicitur arbuscula, quæ pariter cum vetere succrescit, ut, si vetus deficiat, nova, in subsidium posita, confestim substituatur in locum demortuæ, ne arbustum, veteribus mortuis, raritate arborum corrumpatur, vel, quam ob causam fructuario eandem diligentiam, ut nempe in locum demortuarum arborum alias mox substituat, & quasi ex fœtu, hoc est, ex seminibus, submittat, ne substantia fundi deterior facta esse videatur, commendant PAVLLVS & IVLIANVS, in *L.* 18. *de Usufructu* & in §. 38. *de Rerum Divisione*. Id quod COLVMELLA *seminarium* vocat *improprium*. Cum *proprium* ei sit locus fundi separatus, non nisi serendis sive seminandis, colendis, educandisque surculis, arbusculisque destinatus, ut exinde scilicet, nutritæ, stirpitus transferri, inque alio deinceps idoneo & commodo loco poni queant. *L.* 3. §. 4. & 6. *Arborum furtim cæsarum*. Non enim *fruges* modo, sed & *arbores* seri, inseri, conseri, seminari dicuntur classicis latinæ linguæ auctoribus & jureconsultis. *L.* 9. §. 6. & *L.* 18. *de usufructu*, quibus id demum *arbor*, quod radicem concepit, *L.* 3. §. 3. *arborum furtim cæsarum*. Et mirandum sane, quod e tam exiguo *grano*, e tam pusillo *semine*, primum *surculus*, deinde *arbuscula*, denique *arbor* & sat magnus mori *truncus* proveniat. Quodsi vero, tum CATO, tum COLVMELLA, ei, qui pomarium, aut arbustum, aut olivetum vult, auctor suasorque est; ut prius *seminarium* faciat, quia, quod hic scripsit, *emtæ arbores non habent fidem generositatis:* ibi certe, ubi non solum *moretum* desideratur, sed & bombyces aluntur, eo magis seminario opus erit, quo magis *diversæ* sunt *mori* & quo magis *delicati* sunt *bombyces*, sive, quo molliori, mitiori, juniori, nitidiori, sicciorique folio alendi sunt *bombyces*, eo præstantius sericum nentes, quo meliorem acceperunt alimoniam. *Seminaria* autem MORI, & ea quidem *propria*, inter nos non sunt *naturalia*, sed *artificialia* & *industrialia*, nec quoque *sylvestria*, sed hortensia potius, quæ scilicet seligi, præparari, instrui, seminari, coli, conservari, muniri atque ab omni injuria defendi debent. *Impensæ* in tale seminarium mori parandum, conservandum, reno-

vandumque factæ, *utiles* ſunt, immo *neceſſariæ*, conſequenter ſemper *repeti* poſſunt. Subditi & ruſtici, determinatas æque ac indeterminatas *operas* debentes, has ſubinde ſeminariis iſtis impendere debent. Jus venandi conceſſum, ſervitus paſcendi conſtituta, aliaque ejusmodi, propter talia ſeminaria mororum, ſi non plane tolli & adimi, certe tamen valde reſtringi & limitari poſſunt. Semel autem ſuo loco poſitas *moros* dominus fundi reg. quidem vendere poteſt, at nondum demortuas, cæduas, dejectasve, *L.* 40. de A. E. *fructuarius*, e fundo uſufructuario, *L.* 12. *pr.* & *L.* 13. §. 4. *de uſufructu*, *maritus*, e fundo dotali, *L.* 7. §. 12. *ſoluto matrimonio*, *vaſallus*, e feudo, *parochus*, e fundo parochiali, *creditor*, e fundo oppignorato, *L.* 27. *de pign.* & *hyp.* non indiſtincte vendere poteſt. Quodſi autem *mori* ſtantes, & cum fundo adhuc cohærentes, ſive adhuc *ſurculi*, ſive jamjam *arbores*, actu vendantur, ante actualem earum a fundo ſeparationem, neque proprie, neque improprie, neque *vere*, neque *ficte*, vel quaſi *tradi* poſſunt, ita, ut nec *ſignatio* & *cuſtodiæ* adpoſitio, mororum in prædio ſtantium, dominium & poſſeſſionem in emtorem transferat, venditore non niſi perſonali actione, (neutiquam ſcil. competente rei vindicatione, *L.* 188. *pr. de V. S. L.* 50. *de R. V.*) ad intereſſe conveniendo, *L.* 23. §. 2. *de uſurpat. L.* 25. *de A. E.* morisque tertio cedentibus, cui forſan fundus ipſe, medio inter illarum venditionem & ſeparationem tempore, denuo venditus fuerit. Caſu, velut turbine, dejectæ, aliasque demortuæ mori arbores, fundi domino ſemper debentur, cui *ligni* utilitatem præſtare poterunt. *L.* 55. §. 2. *de Leg.* 3. De crimine mororum, ubicunque, præſertim in viis publicis, furtim, hoc eſt lucri cauſa, cæſarum, ejusque pœna, pro prudentis judicis arbitrio, ad capitalem usque extendenda, WAECHTERUM §. XVIII. *p.* 41. 42. nimis haud dixiſſe, is facile concedet, qui in *L.* 2. *Arborum furtim cæſarum* tales reos, etiam tanquam *latrones* puniri, leget. Hæc omnia & alia plura, at non *moris* tantum propria, verum & aliis quibusvis *frugi-* & *fructi-feris*, ut in *L.* 13. §. 4. *de uſufructu* adpellantur, immo etiam *non frugiferis*, *L.* 16. §. 1.

quod

quod vi aut clam, ſive *infructuoſis*, *L.* 7. §. 12. *ſoluto matrimonio* arboribus communia, inter omnes, qui de arborum jure ex inſtituto ſcripſerunt, IVLIVM nempe CAESAREM RVGINELLVM, in *tract. de arb. controverſis*, *Norimb.* 1719. 4. GE. AD. STRVVIVM, CHR. WILDVOGELIVM, IO. BERN. FRIESIVM, C. HENR. HORNIVM, IER. EBERH. LINCKIVM, *in Diſp. de arboribus ſycaminonibus* (ad L. 10. *de extraordinariis criminibus*) *Argent.* 1729. IO. IAC. KRAVSIVM, optime deduxit CHR. LVDOVICVS CRELLIVS, Iureconſultus *Vitembergenſis*, in tribus Diſſertationibus, 1.) *de venditione rerum cum fundo adhuc cohærentium*, ad L. 40. *de Act. Emti venditi*, 1743. 2.) *de privilegio ſementis & ſeminum*, ad L. 12. *pr. de inſtructo vel inſtrumento legato*, 1752. & 3.) *de jure ſeminarii, ejusque uſufructu*, ad L. 9. §. 6. *de uſufructu & quem ad modum quis utatur fruatur?* 1753. analogice magno cum fructu huc transferendis adplicandisque. Unum modo, ut *exempli* cauſſa adducam, temperare mihi nequeo, *quæſtionem* puta, inter nos, *tum* jam exortam, *tum* in poſterum ſæpius exorituram, num ſcilicet foliorum quoque *mori albæ* DECIMAE debeantur? Id quod negandum eſſe videtur, cum ex hortis, arboretis, pomariis, præſertim delicatis, in *Germania*, niſi ſpeciali conſuetudine, mutationem culturæ plerumque ſupponente, aliud introductum ſit, regulariter haud præſtentur. Ideo forſan, quia *Germania*, primis decimarum temporibus, hortis & pomariis adhuc caruit. Sin vero COELESTINVM III. in *Cap. XXII. X. de Decimis* audias, aliter forſan ſenties. Saltem diſtinguendum erit, probe ponderatis conditionibus, qualitatibus, circumſtantiis omnibus. Quid inter nos obtineat, e XXVI. *privilegiorum ſericariorum* ARTICVLO, *pag.* ADIVNCTORVM 45. ipſe facili negotio perſpicies. Jungatur *Reſcriptum* ſupra *pag.* 83. laudatum, de die 11. *Julii* 1742. quo *decimæ* mororum albarum, *terris antea incultis*, Weyden, Egarten ꝛc. ꝛc. inſertarum, tanquam minores & *novales*, CAMERAE PRINCIPIS vindicari videntur.

XXIX.

XXIX.

QVOD supra (*pag.* 92.) de *mori* arbore observavi, eam scilicet omnium arborum novissimam, sive postremam, nec nisi exacto penitus frigore, germinare, ideoque jam a PLINIO omnium arborum sapientissimam dictam: id absque dubio vera caussa est & genuina ratio, cur hæc arbor plerumque *sapientiæ* & *prudentiæ* imago perhibeatur. Elegerat sibi hoc sapientiæ & prudentiæ symbolum, *morum* scilicet, LVDOVICVS SFORTIA, Dux Mediolanensis, quem plerumque a nigro & subfusco faciei & cutis suæ colore *morum* dictum fuisse sibi aliisque persuadent historici, inprimis Galli, velut MEZERAI, DANIEL, VARILLAS, aliique. Cum tamen PAVLVS IOVIVS, scriptor coævus, eum *nequaquam a fuscedine oris*, *quod esset æquo pallidior*, *verum ab argumento*, *quod pro insigni gestabat*, MORI ARBORIS, moro *cognominatum fuisse* testetur, quippe quæ *arbor*, Italis *moro* dicta, *idcirco sapientissima arborum censeatur*, *quoniam tarde & non prius germinet & florescat quam hiemis injuriam effugerit*, *statimque tuto partu ocyssime frutescat.* „ In *Elogiis Virorum illustrium*, *pag.* 196. GVY COQVILLE, *Sieur de Romenais*, dans *l'histoire du Païs & Duché de Nivernois*, (4. *Paris.* 1612. & in *Tomo Opp. I.*) *pag.* 203. & 204. hoc ipsum non solum repetit, verum ab hac ipsa quoque *mori* prudentia derivat, istucve applicat tritissimum illius ævi proverbium:

Christ au Ciel, & *More* en Terre
Scavent le succès de cette guerre.

IOANNEM *de* AVTON, contemporaneum, non ipsum modo Ducem, *morum*, sed & ejus milites adseclasque *moros* adpellitasse docet DN. *de* FONCEMAGNE in *primo* variarum *historicarum & criticarum adnotationum ad historiam* CAROLI VIII. *Regis Galliæ articulo*, in *Academia elegantiorum litterarum & inscriptionum Parisina*, *die* 2. *Martii* 1742. prælecto, inque XVII. commentariorum (quos Galli *Memoires* vocant) *Tomo pag.* 540. legendo. Præcipua ejus capita excerpta sunt in dem achten Theil der Geschichte der königlichen Akademie der Wissenschafften

zu

zu Paris, Leipzig 8. *Num. XXI. pag.* 328. *sq.* ubi hæc mihi placuerunt. „Im Grunde ist uns wenig daran gelegen, den wahren Ursprung von Ludwigs Sforcia Zunamen zu wissen: allein, ausser daß Paul Jovius und Coquille uns zween besondere Umstände von dem Leben dieses Prinzen lehren, die wir, ohne sie, vielleicht gar nicht wissen würden; so ist es doch allezeit besser, es seye in welcher Sache es wolle, daß man die Wahrheit wisse, als das falsche glaube. Es ist allezeit ein historischer Irrthum weniger und werden ihrer noch allemal genug übrig bleiben.„

XXX.

AD extremum, me, publici quippe juris doctorem, legumque Imperii publicarum interpretem, omnium minime deceret, insignem illam curam atque sollicitudinem ingrato præterire silentio, quam proximorum sæculorum COMITIA GERMANIAE, uti ab initio *lanæ* tantum, ita deinceps quoque *serico* impenderunt, cujus utriusque commercia saluberrimis legibus adjuvarunt, atque inprimis contra falsa *basiaria* & fraudes tinctorum atque mercatorum, sanctionibus pœnalibus muniverunt. Antestor hoc nomine merito ORDINATIONEM POLITICAM *Francofordiensem*, *anni* 1577. (*Tit. XXI.* Verkauffung der Wüllen-Tücher, gantz, oder zum Ausschnitt mit der Elen, und von verbottener neulich gefundener fressender Farben, die Teuffelsfarb genannt, & *XXII.* Wie es mit Verkauffung und Verführung der Wollen, und des Leders, zu halten, in der neuen und vollständigen Sammlung derer Reichs-Abschiede, *P. III. pag.* 390. 391. 392.) in *Recessu* Imperii *Ratisbonensi* de *anno* 1594. §. 128. & 129. *P. III. pag.* 442. 443. ad ipsum quoque SERICVM extensam, verbis: „Beneben diesem ist auch noch weiters fürkommen, daß allerhand Falsch und Betrug in den Seyden-Farben durch vortheilhafftige Färber und Kauffleut in vielen Orten im Reich, da solche Handlung ist, geübt wird, und an statt der guten bißhero gebrauchten und bey dem Seyden-Handel in den Städten approbirten Farben und Materialien, böse untüchtige durchfressende schwere *Materi* gebraucht, und dadurch männiglich nicht wenig angeführt und

vernachtheilt werden kan, sintemal etlicher Orten in der Prob befunden, daß durch jetzt angeregte böse durchfressende Materien die Seiden nicht allein in ihrer natürlichen Stärcke handgreifflich geschwächt, sondern auch an den Gewichten dermassen beschwert, daß aus einem Pfund weisser Nehe, oder Stepp-Seyden, allein durch das Gewicht der bösen Farben, zwey oder drey Pfund mehr und weniger gemacht und zugericht werden können. Als ordnen und befehlen Wir, mit Wissen Churfürsten, Fürsten und Stände, daß solchem gemeinen Betrug, Schaden und Nachtheil, ernstlich abgewehret, und gegen den Verbrechern unnachläßlich verfahren werde, allermassen in jüngster Anno &c. siebenzig sieben zu Franckfurt erneurter Policey-Ordnung, in dem ein und zwantzigsten Titul von Verkauffung der Wüllen Tücher, gantz oder zum Ausschnitt mit der Elen, nnd verbottenen neulich gefundenen fressenden Farben, &c. wol statuirt und verordnet, wie Wir auch deßwegen, in beyden jetzterzehlten Fällen, Unsere Kayserliche Mandata so wol in dem Heiligen Reich, als Unsern Königreich und Erblanden, wo nöthig, zu publiciren gemeynt seyn.„ atque tum *Ratisbonæ anno* 1603. §. 64. & 65. *pag.* ibidem 513. „Gleichfalls und dieweil noch weiter fürkommen, daß allerhand Falsch und Betrug in den Wüllen-Tüchern und Seiden-Farben durch vortheilhafftige Färber und Kauffleut in vielen Orten im Reich, da solche Handlung ist, geübt wird, und an statt der guten bißhero gebrauchten, und beym Wüllen-Tuch und Seiden-Handel in den Städten approbirten Farben und Materialien, böse, untüchtige, durchfressende Materi gebraucht, dadurch männiglich nicht wenig angeführt und vernachtheilt werden kan, alldieweil etlicher Ort in der Prob nachmahls befunden, daß durch jetzt-angeregte böse durchfressende Materien, sonderlich die Seiden, nicht allein an ihrer natürlichen Stärcke handgreifflich geschwächt, sondern auch an den Gewichten dermassen geschwert, daß aus einem Pfund weisser Nehe- oder Step-Seiden allein durch das Gewicht der bösen Farben zwey oder drey Pfund mehr oder weniger gemacht und zugericht werden können: sintemal dann für billich ermessen wird, daß solchem je mehr und mehr einreissendem Falsch und Betrug mit allem Ernst abzuwehren, und was Anno 1577.

zu Franckfurt, und 94. allhier zu Regenspurg deßwegen auf damahls gehaltenen Reichs- und Deputations-Tägen, mit Rath und Bewilligung der Zeit anwesenden Churfürsten, Fürsten und Ständen, auch der abwesenden Räthe und Bottschafften beschlossen und verabschiedet worden, nachmahls ins Werck zu richten seye. Als wollen und befehlen Wir, daß obvermeldtem gemeinem Betrug, Schaden und Nachtheil nicht allein ernstlich abgewehret, und gegen den **Verbrechern mit unnachläßiger Straff verfahren werde**, allermassen in jüngster obgemeldtes 77. Jahrs zu Franckfurt erneuerter Policey-Ordnung, in dem 21. Titulo, von Verkauffung der Wüllen-Tücher, &c. Und dann Anno 1594. allhie zu Regenspurg, auf damahls gehaltenem Reichs-Tag §. Beneben diesem &c. wol statuirt und verordnet, sondern auch, daß die hierüber eröffnete, und wärender dieser Reichs-Versammlung, der Ständen, Räthen, Gesandten und Bottschafften vorgetragene, wolerwogene und vernünfftige Bedencken aller Orts im Reich, so viel sich jedes Lands Art und Gelegenheit nach immer thun lassen will, mit allem Ernst fürgenommen, angerichtet, und im Werck vollzogen werden sollen.„ tum in *Recessu Imperii* interimistico, *Ratisbonæ*, 16. *Junii* 1670. per Moguntinum dictato, Ibidem, *P. IV. pag.* 77. verbis: „Allermassen auch siebendens in denen Policey-Ordnungen de Annis 1548. Tit. 21. 1577. Tit. 21. & 22. 1594. Tit. 126. 1603. §. 61. bereits heylsamlich, und mit mehrern verordnet und statuirt ist, daß im Heiligen Reich Teutscher Nation kein Tuch mit der Ellen im Ausschnitt, es seye dann zuvorn genetzt, und geschoren: was aber gantze Tücher wären, dieselbe ungereckt, oder gestreckt, jedoch genetzt, verkaufft werden, auch wegen Verführung der Wollen die Obrigkeiten gute Ordnung fürnehmen sollen, damit die Wollen-Weber durch allzuhäuffige Ausführung der Wollen in fremde Nationen daran keinen Mangel leiden, sondern sie erst-gedachte Wolle um einen ziemlichen Kauf bekommen mögen: wie wenigers nicht die fressende, oder Teuffels-Farb von den Tüchern und Seiden gäntzlichen vermieden bleibe; Also thun Wir auch mit Wissen und Willen Chur-Fürsten und Stände anwesender Räthe, Bottschafften und Gesandten obgedachte Policey-Ordnung- und Constitutionen in Krafft dieses Unsers Abschieds alles ihres Inhalts erneuern, setzen und ordnen, daß

ein jeder, was Würden, Stands, oder Wesens der seye, solcher Unserer Policey, so viel sie ihn betreffen, und belangen mag, würckliche Vollziehung thue, deren sich gemäß halte, und gehorsamlich gelebe, bey Pœn und Straf in obangeregten Policey-Ordnungen verleibt und begriffen.„ ad imitationem L. 2. *Cod. de murilegulis*, & L. 3. & 4. *Cod. de vestibus holoberis*, non *murice*, sed potius *sanguine* scriptarum, laudabiliter confirmatam. Diutius tamen ei non immorabor argumento, quod jam olim occupavit & *differentiis juris Romani & Germanici in re basiaria tinctorum*, den Färbereyen, *Halæ, anno* 1725. editis, excussit B. IO. PETRVS *de* LVDEWIG. Quæ enim e sexcentis interea editis, scriptis *oeconomico cameralibus*, in quibus res basiaria utramque paginam facit, seligi & suppleri possent, *serico* cum *lana* & *lino* communia, sicque comparata sunt, ut a præsentis *instituti* scopo quam longissime recedant, *cui* nunc potius, *commentatiuncula*, quam epilogo destinaveram, *de sericis* SIGILLORVM *&* BVLLARVM *filis*, alii tempori & occasioni seposita, SVPREMO NVMINI submisse dictis gratiis, quas debeo, maximis, festinanter imponendus est

F I N I S.

AD-

ADIVNCTA.

ADIVNCTVM I.

(ad *Sect. XXIV. pag.* 64. 65.)

Ihrer Königl. Majest. in Pohlen und Chur-Fürstl. Durchl. zu Sachsen, rc. Mandat, wegen Anlegung derer Plantagen von Maulbeer-Bäumen. Ergangen de dato Dreßden, den 6. Augusti A. 1754.

Wir, Friedrich August, von GOttes Gnaden König in Pohlen, Groß-Hertzog in Litthauen, Reussen, Preussen, Mazovien, Samogitien, Kyovien, Vollhinien, Podolien, Podlachien, Liefland, Smolenscien, Severien und Zschernicovien, rc. Hertzog zu Sachßen, Jülich, Cleve, Berg, Engern und Westphalen, des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Marschall und Chur-Fürst, Landgraf in Thüringen, Marggraf zu Meissen, auch Ober- und Nieder-Lausitz, Burggraf zu Magdeburg, Gefürsteter Graf zu Henneberg, Graf zu der Marck, Ravensberg, Barby und Hanau, Herr zu Ravenstein, rc.

Entbiethen allen und jeden Unseren Prälaten, Grafen, Herren, denen von der Ritterschafft, Ober-Creyß-Haupt- und Amt-Leuten, Schössern und Verwaltern, Bürgermeistern und Räthen in Städten, Richtern und Schultheißen in Flecken und

Dörffern, wie auch allen Unseren Unterthanen, Unsern Gruß, Gnade und geneigten Willen, und fügen denenselben hiermit zu wissen, es ist ihnen auch schon vorhin bekannt, wie Wir, vom Anfange Unserer Regierung, die Conservation und immer weitere Emporhebung derer, durch göttlichen Seegen, in Unseren Landen florirenden mannigfaltigen Fabriquen und Manufacturen, eine Unserer vornehmsten Angelegenheiten beständig seyn lassen, und erachten unter denenselben insonderheit auch die, theils von geraumer Zeit schon in Umtrieb stehende, theils erst seit kurtzen neuerlich hin und wieder angelegte mancherley Seiden-Fabriquen, aller Aufmercksamkeit um so mehr würdig, als dergleichen Waaren zum Gebrauch einer grossen Menge Landes-Einwohner, dermahlen bey nahe unentbehrlich seyn wollen, mithin dafür sehr beträchtliche Summen baaren Geldes von Zeit zu Zeit auswärts gehen, welche, wenn das Bedürffniß von solcherley Waaren im Lande zu verschaffen, zur innern Circulation und daraus fliessenden allgemeinen Nutzen sämmtlicher getreuer Unterthanen, guten Theils füglich zurück behalten werden könnten. Finden aber, so lange die Entrepreneurs dißeitiger Fabriquen, das darzu gebrauchende Materiale an roher Seide von weiten her mit schwehren Kosten herbey zu hohlen, sich gemüßiget sehen, die Erreichung obigen heilsamen Endzwecks annoch allerdings entfernet, und sind daher, in Landes-Väterlicher Absicht auf Vermehrung des hierunter unstreitig versirenden Interesse publici, gnädigst entschlossen, alle diensame Anstalten und Mittel dahin vorzukehren, damit der Seiden-Bau hier zu Lande selbst durchgehends angestellet werden, und folglich die benöthigte rohe Seide mit der Zeit in civilerem Preiß zu haben seyn möge.

Je ungezweiffelter nun, zu Anziehung und Fortpflantzung derer Maulbeer-Bäume, das Clima in Unsern Landen nicht unbequem, so wie auch der Grund und Boden darzu meist aller Orten gnugsam geschickt ist, und je grösserer Vortheil aus dergleichen Plantagen und deren Cultur vor diejenigen, die sich darauf mit Ernst appliciren, und überhaupt vor das Publicum mit der Zeit gewiß zu erwarten stehet, als worbey zugleich alte Leute

und junge zu andern Verrichtungen sonst nicht zu gebrauchende Kinder ihre Beschäfftigung und guten Verdienst finden;

Desto mehr versehen Wir Uns zu Unseren getreuen Vasallen und Unterthanen sammt und sonders, es werde ein jeder von ihnen deme gehorsamlich nachzukommen sich bestreben, was Wir zu Ausführung sothanen gemeinnützlichen Vorhabens, der Nothdurfft befunden.

Setzen, ordnen und befehlen demnach, daß erwehnte Unsere Vasallen, Beamte, Stadt-Räthe, wie auch die übrige Gerichts- und Unter-Obrigkeiten, nicht nur die Unterthanen durchgehends, zu Anlegung und Fortpflantzung weisser Maulbeer-Bäume, so viel, nach Beschaffenheit jeden Orts Umstände und Gelegenheit, sich nur immer thun lassen will, möglichsten Fleisses aufmuntern und anhalten, sondern auch denenselben an ihrem Theile mit guten Exempel hierunter selbst vorgehen, besonders die Magistrate in Städten, Gerichts-Obrigkeiten und Gemeinden, Pfarrer und Schulmeister auf dem Lande, auch Hospitale und andere mit Grund-Stücken versehene pia corpora, auf ihren publiquen Plätzen, Angern, Zwingern, Gärten, Kirchhöfen, und so ferner, entweder selbst unverzüglich den Anfang machen, oder wenigstens dergleichen Plätze an andere, die zu sothanem Etablissement Lust bezeigen, auf deren Anmelden, gegen billige und leidliche Conditiones, ohne Schwierigkeit überlassen sollen.

Damit aber, wie sich bey Anziehung derer weissen Maulbeer-Bäume, sowohl blos durch Saamen, als durch deren Pflantzung und Fortsetzung, allenthalben zu verhalten, nichtminder was künfftig bey Zucht und Wartung derer Seiden-Würmer vornehmlich zu beobachten, und wie hernach die Cultur der Seide an sich zu tractiren sey, jedermann desto besser wissen möge, wird die von Uns zu Besorgung des Commercien-Wesens verordnete Deputation über alles und jedes eine ausführliche Nachricht und Anweisung durch den Druck bekannt machen, und ohnentgeltlich ausgeben lassen, eben dieselbe auch

vor Herbeyschaffung einer gewissen Quantität weissen Maulbeer-Saamens, nichtweniger mit der Zeit vor Seiden-Würmer-Eyer selbst besorgt seyn, um damit zu Anfange denen bedürfftigen Unterthanen, so dergleichen verlangen, allenfalls ohne einige Bezahlung, zu statten zu kommen.

Und wie Wir übrigens die Besorgung dißeitiger Einrichtung, unter Direction Unserer Commercien-Deputation, einer besondern Person dahin aufzutragen gemeinet sind, daß dieselbe in nöthiger Unterrichtung und specieller Anweisung, wie bey der Maulbeer-Baum- und der Seiden-Cultur selbst, eigentlich procediret werden müsse, jedermann mit Rath und That treulich an Handen gehen, auch wohl sich zu dem Ende an die Orte, wohin es nöthig, in Person verfügen solle, demnächst auch unvergessen seyn werden, wegen allen dessen, was hierunter künfftig noch, vorkommenden Umständen nach, erforderlich seyn könnte, zu seiner Zeit weiter gemessene Vorsehung zu thun;

Also haben Wir nichtweniger vor jetzo, zu mehrerer Beschleunigung sothanen Etablissements, gehörigen Ortes bereits die Verfügung getroffen, daß bey Unseren Aemtern, Schlössern und Vorwergken, in denen darzu gehörigen Gärten und auf andern schicklichen Plätzen, soweit es nur immer practicable zu machen, von weissen Maulbeer-Bäumen, tüchtige Baum-Schulen hin und wieder in hinlänglicher Anzahl des förderſamsten angeleget, und daraus sodann diejenigen, welche des geschwindern Fortkommens halber, bereits gezogene junge Bäume suchen, damit billig und um leidlichen Preiß versorget werden sollen, sind aber auch von Unsern treu-gehorsamsten Vasallen und denen übrigen Gerichts-Obrigkeiten, wie auch von andern begütterten Landes-Innwohner, so darzu Raum und Gelegenheit haben, zuverläßig gewärtig, sie werden, nach ihrem zu des Landes Besten mehrmahlen bezeigten patriotischen Eyfer sich hierinnen zu Unsern gnädigsten Gefallen werckthätig bezeigen, und folglich ihres Orts zu Anlegung zahlreicher Baum-Schulen von weissen Maulbeer-Bäumen, woraus andere das Bedürffniß erhohlen kön-

können, auch, wo es thunlich, zu Errichtung gantzer Plantagen davon, je eher je besser, verschreiten, mithin dieses heilsame Vorhaben nach allen Kräfften zu befördern, bemühet leben:

Immaßen Uns eine hierunter verspührende vorzügliche Beeiferung zu besonderer Zufriedenheit gereichen wird, und Wir im übrigen wider alle Freveler, welche dergleichen Plantagen, Baum-Schulen, oder sonst an öffentlichen Orten gepflantzte Maulbeer-Bäume muthwillig zu beschädigen, zu verwüsten, oder gar dieblich zu entwenden, sich unterstehen sollten, gleich wieder diejenige, die sich an Unsern eigenen Waldungen und Geheegen vergriffen, nach aller Strenge verfahren zu lassen, fest und ernstlich entschlossen sind. Wornach sich also zu achten, und es wird daran Unser Wille und Meinung vollbracht.

Zu Uhrkund dessen haben Wir dieses offene Mandat eigenhändig unterschrieben, und Unser Cantzley-Secret vorzudrucken befohlen. So geschehen zu Dreßden, am 6ten August. 1754.

